



**Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philip *<Eichstätt, Bischof>*

Ingolstadii, 1617

[Historicvs Catalogvs Omnivm Episcoporvm Eystettensivm Vsque ad
hodiernum Reverendissimvm Præsvlem Et Illvstrissimvm Principem
Dominvm Joannem Christophorvm A Westerstetten, &c. Auctore &
collectore ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

Jacobi Grotiusi sociostatis Juri
-tropologi
pp

Episcopis Eystetensibus libri duo

PRIMO A episcopo b. Willibaldo
Vsq

Ad. fud: orm Rerumq; sive
principalem et clavisissimum prin-
cipem, dominum IOANNEM CHA-
RISTOPHORVM a Veslars decto-

Appendice Cum
per Auroto.

Mount. xxii.

No transgredians terminos antiquos
quos posuerunt patres trj.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Bonam operam nauauit Caspar Bruschius Aegranus, tametsi iam quinti Euangeli genio affatus; cum catalogos Episcopatum, et quicunque administrarunt, Episcoporum collegit, collectosq; in lucem dedit, cuius vestigia alij postea secuti accuratis quarundam Diœceseon et præsulum Indices texerunt; ut Serarius Moguntinensium, Guillmannus Argentinensium, Marcus Velserus paulò ante mortem suam Augustanorum, et Wiguleius Hundius eorum, qui Metropolis Salisburgensis subiiciuntur. Fit hoc non sine publico fructu; nam ex perpetua serie Episcoporum, etiam illorum, qui particulares Ecclesias gubernarunt, ineluctabile argumētum sumitur contra hodiernos Nouatores, qui sibi mirifice blandiuntur quasi doctrinā, quam

to Salisburgo.
sium et

quam profitentur, à Christo Domino, & ab
ipsius Apostolis acceperint. Quare si vel
nouitatis titulo, vel Lutheri, Caluini, aut
Zwingli nominibus premantur; mox ad
Apostolicum auum configiunt; & in illud,
velut in asylum, se abdunt.

Sed extrahendi sunt, & quidem eo mo-
do, quem Tertullianus libell. de præscript.
aduersus hereticos prescrīpsit. Si quæ hære-
ses, inquit, audent interserere se ætati Apo-
stolicæ, &c. possumus dicere: edant ergo o-
rigines Ecclesiarum suarum: euoluant or-
dinem Episcoporum suorum ita per suc-
cessiones ab initio decurrentem, ut primus
ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel A-
postolicis viris, qui tamen cum Apostolis
perseuerauerint, habuerit auctorem & an-
tecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Apo-
stolicæ census suos deferunt, sicut Smyr-
næorum Ecclesia habens Polycarpum à Io-
anne collocatum resert, sicut Romanorum
Clementem, à Petro ordinatum edit: pro-
inde utique & cæteræ exhibent, quos ab A-
postolis in Episcopatum constitutos, Apo-
stolici

P RÆ F A T I O.

388

stolici seminis traduces habeant. Confin-
gant tale aliquid hæretici, hoc est, catalogos
suum Episcoporum, origine ab Apostolis
sumpta, conficiant, si possunt; at non possunt,
sive ab Apostolis ad hæc nostra tempora de-
scendendum sit, sive ab his nostris temporibus
ascendendum ad Apostolos. At nos possumus,
et quod possumus re ipsa prestamus, contex-
tis Episcoporum indicibus à S. Petro usq; ad
Paulum V. qui hodie cathedram S. Petri te-
net; ita ut totus ille Episcoporum ordo ad
originem reuersus, stet in Apostolum, ut lo-
quitur Tertullianus: Et quamvis hoc fieri
nequeat, iis in Episcopatibus, qui diu post
Apostolorum etatem instituti sunt, series ta-
men illa Praesulum semper terminabitur in
Apostolicum virum; qui ab Apostolica sede
Romana mediate vel immediate missus et
constitutus fuerit.

Exemplum adduco hunc ipsum indicem
Episcoporū Eystettensium, nam si ab hodiernō
Reuer. m̄o et Illust. m̄o Praesule Ioanne Chri-
stophoro ad originem usque ascendere velis,
inuenies in capite S. V Villibaldū, qui primus
Eccle-

Ecclesia huius pastor fuit: post hunc si alium
Ecclesia Eystettensis Antistitem queras, nul-
lum inuenies, quia S. VVillibaldus primus
fuit: at si queras à quo S. VVillibaldus con-
stitutus, & ordinatus fuerit, & cū quo com-
munionem fidei & doctrina habuerit, statim
occurret Zacharias Pontifex, cuius aucto-
ritate & approbatione S. Bonifacius VVil-
libaldum Eystettensibus Episcopum dedit.
Cum quo autem Zacharias in fide & doctri-
na communicauit? Utiq; cum Gregorio III.
Hic, cum Gregorio II. Iste cum suo antecesso-
re, & hic iterum cum suo, & sic perpetuo te-
nore usque ad S. Petrum, eadem fide & do-
ctrina semper perseverante, & à superiori-
bus ad posteriores descendente, à sancto scili-
cet Petro per successorum ordinem ad sanctū
VVillibaldum, & à sancto VVillibaldo ad
eiusdem throni & insula hæredes; nam si quis
diceret; discessum esse à doctrina sancti VVil-
libaldi; ostendat, quæsio, quando, & à quo di-
cessum fuerit. Numerat sanctus VVillibal-
dus quinquaginta octo successores. Quis nam
ex his omnibus, spreta doctrina à S. VVilli-
baldo

baldo accepta, aliam introduxit? Edatur no-
men eius. En omnium nomina oculis subiecta
habes. Quis vel qui doctrinā mutārūt? Quis
expulsa illa, quā S. Willibaldus tradiderat,
eam, quæ hodie Eystadij docetur, substituit?
Si nullum nominare potes; habebimus igitur
illam, qua hoc aeo in Eystettensi Diœcesi vi-
get, pro genuina & germana illa, quam te-
nuit & prædicauit sanctus Willibaldus: qui
& ipse hac dogmata suo de cerebro nō excul-
psit, sed à Zacharia Pontifice accepit; hic, ab
antecessoribus suis: aut nominent, si possunt,
eum, qui à maiorum semita exerrans, nouā
viam sibi ineundam putarit. Hoc cùm mil-
lies ab istis postulatum fuerit, millies itidem
præstari nequivit. Et si iterum millies postu-
letur, iterum millies suarum virium hanc in
re imbecillitatem, vel potius impotentiam
patefacent.

Cum ergo in tota serie Eystettēsum Epi-
scoporum, nullum monstrare possint sectary,
qui à vestigiis sancti V Villibaldi recesserit;
& sanctus quoque V Villibaldus non nisi ea
Almonis accolis annunciarit, quæ à maiori-
bus

bus didicerat, ut planum sit, ex Episcoporum Romanorū ordine, à Zacharia, sub quo sanctus V Villibaldus ad Episcopalem dignitatem electus est; usque ad sanctum Petrum pertexto, omnino sequitur, eam esse veram, à sancto V Villibaldo & ab Apostolis traditam fidem; qua hodie Eystadi floret: & hac ipsa perpetua successione, quasi regula fallere nescia, ad veritatem inducti, affirmamus, omnem illam fidem, qua ab ista discrepat, esse Apostolicam, nec à Deo, sed ab aduersario Dei introductam, nec fidem, sed perfidiam nominari debere; si vero nomine afficere velis: qualis est in primis secta Lutherana, qua Diæcesis Eystettensem fermè in orbem circumdans, eam, quoad spiritualem iurisdictionem valde imminuit; Marchionatu Anspachensi, & utroque Palatinatu tam veteri, quam nouo ad Lutherū transeunte, desertos sancto V Villibaldo; sed exhibeant desertores isti syllabum Episcoporum suorū; incipiunt à Luthero, vel si velint, à recentiore quoipiam verbi Lutherani præcone, & sine interruptione vila hanc seriem ad Apostolum; vel ad Apostolicum.

E e 2 virum,

virum, vel saltē ad S. VVillibaldum usq;
deducant: hoc si præstiterint, palam fatebor,
iniuriā eis fieri, quoties doctrina nouata, &
quod insuscindius est, hæreſeos accusantur.

Caterūm ad has angustias redacti indi-
gnantur; fortè non admodū immerito. Quis
enim non stomachetur, quando à ſe aquifimē
postulari videt, quod ipſe ut faciat, omni iu-
re obſtringitur, ne tamē ſe facere poſſe, per-
ſpicue intelligit? Dura hac cōditio eſt; à qua
aliter ſe non expediunt (ſi tamen hoc eſt ſe
expedire, & non potius impedire) quam uno
quasi saltu à Lutheruſ ad Apoſtolosſa-
liendo; ſed noſ eo, quod cui libet hæretico pro-
ptum eſſe ſolet, non contenti, ſucceſſionis qua-
ſiſcalam & gradus poſcimus, neq;
nobis verba dari, quasi Euangelica & Apo-
ſtolica doctrina à Chriſto & Apoſtoliſ abſq;
interiecto Epifcoporum & Præfulum ordine
ad Lutherum & Lutheranos, vel ad Calvi-
num & Caluinianos peruenire potuerit.

Si iterum ocelament; doctrina ſincerita-
tem in iſtis ſucceſſionibus violatam, contami-
natam, in modo penitus quoq; exſtinctam eſſe; nos
confe-

confestim regeremus veterem illam interrogatiunculam: quando, à quo vel à quibus hac violatio, contaminatio, quin & extinctio facta sit? Quo auctore, quo anno, restanti momenti acciderit? Hic aduersariis vox faucibus haret, habebitque, quoad à tramite patrum suorum deuij, Lutherum, S. VVillibaldo, aut Caluinum S. VVunibaldo, aut Catharinam Borrham S. VValpurga anteponent. Neq; nos quando successione Nouatores urgemus, successionem pro nudo Präsulum sese mutuò consequentium ordine, sed etiam pro eiusdem fidei & doctrina serie accipimus; que quidem propriè successio existimanda est; inquit S. Gregorius Nazianzenus orat. in S. Athanasium, nam qui eandem fidei doctrinam profitetur, eiusdem throni socius est: qui autem contrariam sententiam tueritur, aduersarius quoque in throno censi debet; atque hæc quidem nomen; illa vero rem ipsam, & veritatem habet successionis.

Quanquam Tertullianus existimat, & quidem rectissime, non opus esse simpliciter, ut Ecclesia posteriores originem suam vel ad

Ecc 3

Apo-

*Apostolum, vel ad Apostolicum virum, seu
Apostolorum discipulum referant; ipsam do-
ctrinam postterorem comparatā cum priore
satu ostendere; à quo spiritu utraq; proce-
rit. Ipsa doctrina, inquit Tertullianus, cum
Apostolica comparata, ex diuersitate & cō-
trarietate sua pronunciabit, neq; Apostoli
alicuius auctoris esse, neq; Apostolici; quia
sicut Apostoli non diuersa inter se docui-
sent, ita & Apostolicinō contraria Apostolis
edidissent; nisi illi, qui ab Apostolis descide-
runt, & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaq;
formam prouocabuntur ab illis Ecclesiis,
quæ licet nullum ex Apostolis vel Aposto-
licis auctorem suum proferant, vt multò
postiores, quæ deniq; quotidie instituu-
tur, tamen in eadem fide conspirantes, non
minus Apostolicæ deputantur pro consan-
guinitate doctrinæ. Ita omnes hæreses ad
vtramq; formam à nostris Ecclesiis prouo-
catæ probent se, quaqua putant Apostoli-
cas. Sed adeò nec sunt, nec possunt probare,
quod non sunt; nec recipiuntur in pacem
& communicationē ab Ecclesiis, quoquo
modo*

modo Apostolicis, scilicet ob diuersitatem Sacramenti nullo modo Apostolicæ. *Hac Tertullianus.*

Uterque modus coarguendi Nouatores validus est & efficax; sed validior & efficacior primus, ac proinde etiam Nouatoribus iniurior; usurpatus, quod attinet ad successionem in cathedra Romana à priscis Patribus, præcipue à S. Irenæo, ut copiose demonstravi in libello, quem Pharetram Tertullianam inscripsi. Caterium, qua de successione Præsum Eystadianæ sedis differuimus, ea ad quascunq; alias particularium Ecclesiærum successiones accommodari poterunt; est enim eadem ubique ratio; & si ab ultimo ad primum usq; progrediari, semper aut Apostolum, aut Apostolicum virum, aut talern, qui cū Apostolica Romana sede communione habuerit, reperies. Quod si alicubi successio per diuersitatem doctrinae intercisa est; ut in Ecclesiærum particularium thronis accidere posse non diffitemur, id publicè constat, utpote literarū monumentis diligenter proditum & ad posterosttransmissum. Quocirca

ubi

ubi huiusmodi interruptionem interuenisse
antiquorū testimoniis non cognoscimus, cau-
sanib[us] sūppetit, cur successionis seriem muta-
to doctrinæ genere, abruptam esse credamus,
aut temerè atque sine ratione id affirmanti-
bus, assentiamur. Hactenus de primo fructu,
qui ex Catalogis orthodoxorum Episcopo-
rum capi potest.

Secundus est studium imitationis, quod
in animis piorum acceditur, visis tot tam
antiquis, tam praelaris, & tam sanctis po-
puli Christiani ducibus. Quis enim salutis
sue amans ad imitationem aliquam non ex-
ardescat, haud sine laude: ut enim S. Grego-
rius Nazianzenus orat. in S. Basiliū egregiè dixit: Probis viris non exigua laudem
ad fert, summorum virorum vel parvam imi-
tatio. Quacura imitandi quamvis univer-
sim ad omnes pertineat, maxime tamen tan-
git eos, qui eiusdem sedis & honoris heredes
sunt: hos enim potissimum decet oculos & men-
tem ad VVillibaldos, Erchamboldos, Gun-
dackaros, Reginoldos, Gebhardos, & id ge-
nus alios cōuertere, vitamq[ue] & actiones suas
ad

ad illorum vitam & actiones componere & conformare, ita ut quot habent antecessores, fidei orthodoxæ, virtutis & disciplina Ecclesiastica tenaces sectatores & professores; tot habeant ad imitationem sibi proposita exempla, & quidem domestica, qua plerunque animalium validius excitant, quam externa.

Tertius fructus est, quia ex Indicibus Episcoporum, & ex adiuncta breuicula rerum gestarum historia, exsuscitatur lector, ut præstet id, quod à nobis præstari cupit Ecclesiasticus ca. 44. Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua. At quales isti? I. Dominantes in potestatibus suis. II. Homines magni virtute. III. Prudentia prædicti. IV. Nuntiantes in Prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba. V. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarū. VI. Homines diuites in virtute. VII. Pulchritudinis studiū habentes. VIII. Pacificates in domibus suis. IX. Viri misericordiæ quorum pietates non defuerunt.

Ff runt.

runt. X. Quorum nomen viuit in genera-
tionem, & generationem.

Talium ergo ac tantorum virorum sa-
pientiam narrēt populi, & laudem eorum
nunciet Ecclesia, cūm omnis, tum præsertim
illa, ad cuius clavum sederunt; quibus Deus
hanc quoq; gratiam contulit, quam Ecclesia-
sticus his verbis exposuit. Cum semine co-
rum permanent bona, hæreditas sancta ne-
potes eorum; & in Testamentis stetit semen
eorum, & filij eorum propter illos usque in
æternum manent: semen eorum, & gloria
eorum, nō derelinquetur. Quamvis autem
quidam ex his, qui ad Willibaldinam diœce-
sin spectant; à S. Willibaldo eiusq; doctrina
desciverint, nec in Testamentis steterint, illi
tamen, qui non tantum spirituali, sed & tem-
porali iurisdictione & ditione S. Willibaldi,
& successorum tenetur, constantissime in fide
Deo & Antistitibus suis debita perstiterunt,
ita ut quāvis circum circa omnia in præcep-
ruerent, & anitæ religionis scita & instituta
conuellerentur, & eliminarentur, ipsi immo-
biles in ea doctrina perseveraret, quam olim

in

in agro Eystettensi S. VVillibaldus seuerat
et feliciter plantarat; diuerso prorsus ab aliis
nonnullis exemplo; qui cum Islebici Euangeliū
spiritu afflati essent, præsules suos, aliquando
etiam armata manu, et aperta defectione de-
nunciata, coegerūt, ut ad Lutheri vel Calvitii
synagogas libere transire liceret; nec trans-
ire tantum; sed et in iisdem degere, palamque
nouorum dogmatum architectis operâ dare.
Procul hic genit abfuit à VVillibaldina stir-
pis posteris. Nihil simile patraruūt, imò nec ut
patrarent, somniarunt; Præsuli suo et Prin-
cipi, tanquam vero et legitimo pastori obse-
cuti, aures occluserunt lupis, qui ululatibus
suis non modo hanc Diœcesin, sed et totam
Germaniam implebant, et ad seditiones con-
tra Episcopos præcipue inflamabant. Quam
Diœcesanorum Eystettensium constatiam in-
stantia prævaricandi occasione, adscribo in-
primis gratia Dei, tum B. VVillbaldo, et vi-
gilantia eorum Antistitum, qui quando Lu-
therana heresis grassari cœpit, in omnes par-
tes sollicitè excubabant, ne usq; adeò vicina
pestis aliquid stragis ederet. Laudemus ergo

Ff 2

VIROS

virosgloriosos,& parentes nostros in gene-
ratione sua, qui tantum fauoris à Deo impe-
trarūt, ut propter illos seris quoqs, nepotibus
propitius sit, eosqs sub alarum suarum um-
bra protegat. Et eo magis hac temporum lue
ad laudes tantis viris dicendas incendi debe-
mus, quo petulantius ab heretica factione
traducuntur & infamantur.

De Ægyptius proditum est in sacra gene-
seos historia; quòd omnes ouium Pastores
detestentur. Idem genius agitat Lutheranos
& Caluinianos: omnes ouium Pastores, hoc
est, omnes Episcopos orthodoxos execrantur,
sublatosqs cupiunt; quia his sublati pronam
& facile viam ouium lacerandarum sibi pa-
tere vident. Quapropter Lutherus statim
sub initium sui Euangelismi pestilettissimum,
seditionissimum & planè diabolicum librum
aduersus falsò nominatum Episcoporum
Ordinem euulgauit: cuius hoc unicum argu-
mentum est, Episcopos non esse tolerandos, sed
exscindendos, & tanquam atrocissimos Chri-
sti hostes exterminandos, quod Tartareum
negotium tanta impotētia agit, ut nisi Deus
plerō-

plerorumq; Germanorum mentes alio auer-
tisset, mirum nō fuisset, licet manu facta Epi-
scopos omnes contrucidassent. Sed Deus non
semper sinit, ut diabolus tantū reipsa efficiat,
quātum desiderat. Iactant quidem ipsi quoq;
Lutherani aliquibus in locis Episcopos; quos-
dam enim Episcopatus inuaserunt & occu-
parunt; quorum inuasores & in secessores Epi-
scopi salutantur; & Lutherus sub exordium
sui Euangeli tam liberalis erat, ut parochos
quoq; etiam rusticanos & agrestes, Episcopi
titulo afficeret, qui postea maiorū solummodo
gentiū Prædicantibus afferuatus est, sed ferè *irp*
sub Superintendentis vocabulo, animaduer-
terunt enim Nouatores pectoribus Germa-
norū lōgē aliam de Episcopis notionem im-
pressam esse, quam ut sibi persuadere possent,
huiusmodi Logodulos & Verbicines, licet
profundē capillatos & barbatos, in Episcopo-
rum classem referendos esse. Quapropter non
plane imprudenter sub Latino & Germanis
ignoto, Superintendentis vocabulo absurditatem &
turpidinem laruatorum suorum
Episcoporū occultant. nam si qui ex illis Epi-
scopi

Ff 3

scopi appellantur, quia Episcopatus olim à Catholicis Regibus & Principibus conditos, & liberalissimè dotatos occuparunt, eos non Episcopos, sed A poscopos esse; è vestigio intelleges, si te conferas ad catalogos & seriem successionis in singulis Ecclesiis, videbis enim eos ab antegressis veri nominis psulibus descimis-
se; nam ultra pauculos Lutheranos, si progre-
diaris, statim reperies tales Episcopos, quales
hodie sunt in aliis Episcopatibus, ut in Her-
bipolensi, Bambergensi, Augustano, Eystet-
tensi, orthodoxos nimurum & cum cathedra
S. Petri sociatos, quibus isti non nisi aquivoce
succedunt: neque enim qui per vim irrupit,
verba Nazianzeni usurpo orat. in S. Atha-
nasium, successor habendus est, sed qui vim
percessus est; nec qui leges violauit, sed qui
modo legibus consentaneo electus est; nec
qui cōtraria dogmata tenet, sed qui eadem
fide prædictus est; nisi fortasse ita successore
dicat, quemadmodum morbū sanitati, &
tenebras luci, & tempestatem tranquillitati
& mentis alienationē prudentiæ succedere
dicimus. Sed sat præfationis. Nunc Catalogum texamus. Vnde in hanc. Om-
nib[us] etiam hoc dico gradij anno Rodamtois
in DCXVII.

Drac.

Oraculum Roberti Turneri in Praefatione
ad Illustriſſimum Præſulem & Princi-
pem Eystettensem Casparum à Secken-
dorff. praefixa orationi in obitum Mar-
tini Episcopi.

Fatale id esse Episcopis Eystettensibus com-
perio, vt non diu viuatis, qui non re-
ctè viuit.

*S. Gregorius Nazianzenus orat. in
s. Athanasium.*

Nec pium, nec tutum est, cum impiorum
hominum vita memorię prodatur, pie-
tate præstantes viros silentio transmit-
tere.

INDEX

INDEX EPISCOPORVM
EYSTETTENSIVM.

I.	S. Willibaldus.	XXXI.	Henricus III.
II.	Gerochus.	XXXII.	Fridericus II.
III.	Aganus seu Agannus.	XXXIII.	Henricus IV.
IV.	Adalagus seu Adelagus.	XXXIV.	Engelhardus.
V.	Altinus seu Altunus.	XXXV.	Hilbrandus.
VI.	Otkerius sine Otkarius.	XXXVI.	Reymboto.
VII.	Godeschalcus.	XXXVII.	Conradus II.
VIII.	Erchabaldus seu Erchaboldus.	XXXVIII.	Ioannes I.
IX.	Vdalfridus.	XXXIX.	Philippus.
X.	Starchandus.	XL.	Marquardus.
XI.	Reginoldus.	XLI.	Gebhardus III.
XII.	Megengozus.	XLII.	Fridericus III.
XIII.	Gundackarus I.	XLIII.	Henricus V.
XIV.	Vvaltherus.	XLIV.	Albertus I.
XV.	Heribertus.	XLV.	Berchtoldus.
XVI.	Gotsmannus.	XLVI.	Rabno seu Rabanus.
XVII.	Gebehardus I.	XLVII.	Fridericus IV.
XVIII.	Gundackarus II.	XLVIII.	Ioannes II.
XIX.	Vlricus sine Vdalricus I.	XLIX.	Albertus II.
XX.	Eberhardus I.	L.	Ioannes III.
XXI.	Vdalricus II.	LI.	VVilhelmus.
XXII.	Gebhardus II.	LII.	Gabriel.
XXIII.	Burckhardus.	LIII.	Christophorus.
XXIV.	Conradus.	LIV.	Mauricius. (haim.
XXV.	Egilolphus.	LV.	Eberhardus I lab Hirn.
XXVI.	Otho.	LVI.	Martinus.
XXVII.	Hertuicus.	LVII.	Cassarus à Seckendorff.
XXVIII.	Fridericus I.	LVIII.	Ioannes Conradus à Gelingen.
XXIX.	Henricus I.	LIX.	Ioannes Christophorus à Westerhetten.
XXX.	Henricus II.		

CAT-

2. 3. 405
DE episcopis Ey-
stettensibus
Liber primus.

Piscopi nonnulli, qui post S. Willibaldum
Ecclesiam Eystettensem aliquot seculis
gubernarunt, obscura nocte premuntur,
ut præter nomina vix quidquam, in publi-
cis & priuatim monumentis supersit: Meretur tamea
gratias non exiguae Gundackarus X VIII. Eystetten-
sis Episcopus, vir rerum gestarum magnitudine, & vi-
tae sanctimoniae conspicuus, qui antecessorum suorum
memoriam, quantum licuit, reparare & conseruare
studuit, opere partim imaginario, partim scriptorio.
Imaginarium voco, quia patronos Ecclesiarum & siug-
ilos antecessores suos depingendos curauit, pictura,
prout æcum illud ferebat rudi, multumq; ab elegan-
tia huius ætatis abeunte, addito cui libet effigiei versi-
culo, & annotato die electionis & mortis, nulla fermè

Gg rerum

rerum gestarum mentione facta. Exstat hic Gundackari liber & labor Eystadij in codice manuscripto, quem Pontificale nominant. Quæ ultra hæc tempora sunt, à continuatoribus Guodackari sunt; quilibet enim ex successoribus operam dedit, ut Antecessoris sui imago cum breuicula vita historia in librum illum referretur, seriesque Præsulum perpetuo tenore usq; ad nostra fermè tempora deducta est; vnde etiam ea, quæ ad propositum nostrum facere videbuntur, depromemus.

Vidit Gundackari Lucubratiunculam Anonymus quidam Hasenrietensis, quem calamo exaratum penes me habeo; qui Gundackari familiaris fuit, vitam quæ suam ultra vitam illius produxit; deque Episcopis quibusdam nonnulla liceris mandauit, quæ alibi vix inuenias. Post S. Willibaldi felicem ad superos transiit, secundus Episcopus Eystettensis creatus.

II. Gerochus.

Geroch inde pius pascebat ouile secundus.

Episcopatum adeptus est eo anno, quo S. Willibaldus ad meliorem vitam migravit, nempe DCC. XXCI. vel sequenti, ut habet Bruschianus Catalogus. sedit XX. annis. de quo isthæc Anonymus: *S. Willibaldo Geroch filiolus in baptismo, successit, vir clarus natalibus, multaram possessionum, quas patri charissimo & patrono sanctissimo contradidit. Hic calicem illum aureum, quem nosti, cuius magnitudinis sit, ex optimo auro fieri suscit, & veterem illam Euangeliorum capsam ex electro & auro purissimo gemmisque pretiosis pararifecit: altare quoq; aureum liberaliter inchoauit, quod postea successorum deuotio, pro ut hodie est, perpetuit.*

Scribit

*Fune ad episcopos expedit
SPS uersim amay.*

1. S. Willibaldus.

*In quo pluri mō dico qā
satis multa dō illo P̄gili p̄m
in suo Commentario, p̄t
nos in Observatio[n]e 6 g.*

Scribit Adelbertus Abbas Heidenheimensis in commentariolo de eodem Monasterio, sub hoc Gercho Heidenheimense Monasterium, ab ordine S. Benedicti ibidem per S. Wunibaldum plantato, ad canonicos sæculares translatum esse. Quod Anonymus Hasenrietanus Erchenbaldo adscribit, ut infra videbis. Obiit Gerochus IV. Nonas, hoc est, secundo die Februarij anno Redéptoris DCCC. II. In Calendario seu Necrologio, quod Pontificali Eystettensi insertum est, notatur ad VII. diem Iulij. Irmengart obiit, mater Episcopi. G. quod interpretor Gerochi, nisi quis malit Gundackari.

III. Aganus seu Agannus.

Tertius est Aganus cælesti dogmate plenus.

Præfuit annis XII X, ut habet Gundackarus, non ut Bruschianus Catalogus XVII. Excessit ex hac vita VIII. Idus, hoc est, VI. die Novembris.

IV. Adalungus seu Adelungus.

Landibus eximiis Adalung micat ordine quartus.

Ad Episcopi officium evectus anno Christi DCCC. XIX. Præfuit annis XXII. Finem viuendi simul & gregem Dominicum pascendi fecit VIII. Kal. Augusti, hoc est, die S. Iacobi Apostoli.

V. Altinus seu Altunus.

Altine quos pastor sequitur, virtutis amator.

Iniit Pontificatum anno DCCC. XLI. tenuitq; annis XVII. Mortuus VII. Kal. Martij, hoc est, XXII. die Februarij. Consensu & auctoritate huius Presulis, leuatum est ex terra corpus B. Solæ Abbatis, de quo hæc Ermenoldus Diaconus in S. Solæ vita Tom. IV.

Gg 2 Anti-

Antiquæ Lectionis Doct. Canisij. Cum ego à viro venerabili Domino Altino Episcopo, ad eiusdem diœcesis locum ipse pertinet, rogarem, ut sepulchrum beati viri effodiendi, & in eodem pauperto aliquanto melius humandi, licentiam daret, concessit, ut rogaui. Facto ē, ieiunio, cum his, qui tunc mecum adesse poterant, cepimus fodere. Quod cum peractum est; leuauimus sarcophagi operculum, ex multis iam annis subitus terram positum, & tamen integrum. Et dum libenter, simē, quid intus incorrupti haberet, contemplaremur; tantu, & tam ineffabilis mirifici odoris fumus inde egressus est, ut tota Basilica suauissimē ex eo redoleret impleta. At nos nimū attoniti in parte, qua steteramus, * domus regie, ut fragiles procubuimus; refocillati verò ex odore fragrantē, diuinam clementiam orantes, resumpsimus spiritum: & tunc demum propius accedentes, perspeximus non solum sancti viri ossa integrā, sed & ipsius beatæ glebae pulcherrimā fibritim coherentem, nimiq. viriditatis speciem tenentem, ut quasi non olim mortuus, sed semper vivus putaretur.

Eiusdem elevationis meminit in suo syntagma.
Anonymus. +

VII. Otkerus siue Otkarius.

Post hos Otkerus succēdebat vice sextus. Idque anno salutis DCCC. LXXXI. vixit in Episcopatu annos XXIII. vita functus II. Nonas, hoc est, VI. die Iulij anno DCCC. XXCI. Epitomator Philippi anno D CCC. XX C. sub hoc Episcopo translata est S. Walpurga Heidenheimio Eychstadium; de qua translatione Wolfsardus Hasenrietanus lib. I. de sancta Walpurga. Parvo interiecto tempore, quo sacra Virginis cibores in eodē loco tellus auara retinuit, contigit, decadentibus prioribus eiusdem Ecclesiæ pastoribus, Ockarium, venerabilem

+ Profert Browerus noster lib. 2. Antiquit. Fulderium cap. 12. veterem quadam inscriptionem ad Altinum pertinente, tem, qua est ista: Anno Domini Incarnationis DCCCXIX. Indictione XII. mense Januarij XV. Kalend. Febr. dedicatum est hoc templum ab Altino Episcopo Einsiedensis Ecclesia in honorem S. Salvatoris Domini videlicet nostri IESV Christi, & S. DEB Genitricis MARIAE, & S. Joannis Baptista & S. Petri Apostoli, & caterorum apostolorum Domini, & S. Bonifacij Martiris Christi, & aliorum plurium martyrum Confessorum, & S. Virginum. Hactenus inscriptio. quam refert Bro. VVERUS ad ipsum S. Sole domicilium. In numerum tamen irrepsit mendum; nam Anno Christi 819. Altinus, seu, Altinus cathedralis Willibaldinam recidum obtinerat, quippe electus denum anno sa- luti 841. forte rescribendum DCCCX LIX.

bilem virum, Eystettensem Cathedram meruisse. Qui dum minus, quam deposceret honestatis ratio, idem monasterium, quo beatæ sanctorum ossa tegebantur, excoletet, quadam nocte, corporis quiete sopitum, dum tetræ et tenebrae silentium ministrarent, huiusmodieum alloquio virginem compellasse narratur: Cur, inquit, Ockari, qui præsul dici & esse meruisti, domum Dei, in qua corporeo sopore quieto, & sepulchrum, in quo carne deposita ultimum iudicij diem expecto, inhonestè hactenus tractare voluisti? Nam seruorum huc coeuntium luctuantis pedibus quotidie calcor, & indecentibus vestigiis premor. Sciens igitur scito, quoniam aliquid iudicium pandâ, quo non recte te erga me, & domum Dei egisse comperias. Sed si circum te fore cognoveris, veniam mercaris. Quod modo explicito tempore, rei probavit euentus: nam statim in proximo, dum erecti essent parietes eiusdem fabricæ prominentes, & trabiam spatiofa compago sequenti die patentibus muris deberet apponi, subito factio iam noctis silentio, murus aquilonaris terratenus sese reuoluens, præcipitum egit horrendum, terrorumque haud minimum tam domesticis curæfamiliariis, quam cunctis circumquaque manentibus in auditum concurrit.

Facto autem mane, cum ad huiusmodi spectaculum omnes pauci conuenissent, custos, qui tunc ibidem Reinfridus inerat, calle directo, prælibato præsuli, tremulis labiis nunciavit. Qui intelligens visionem, quam prius in somnis viderat, esse completam, cum suis illo usque tetendit, atque cum omnibus penè comprouincialibus Ecclesiam repolinit, quam etiam sacro Chrismate dedicauit. Dein cum in orbē transissent dies, memoratus Antistes Archipresbyteros * Vultonem & Ada- * Valthonem lungum illuc sedulus destinauit, Ommonem quoque cum Sanctimoniale Liubila ex Monasterio * Mouuenheim cum eis * Monheim. abire precepit, ut sanctos cineres Virginis cum summa dili-

Gg 3 gentia

gentia eleuarent, accum hymnis, ac psalmorum concentibus ad Eichstatense cœnobium deportarent. Hi verò iussa felicia prospero itinere per complentes, resonantibus in cœlum campanarum melodius, & concrepantibus undique canorum spiritualium* eufoniis, piaviscera, rure, in quo hospitata fuerat, flentes præ gaudio extulerunt, & ad iam dictum Monasterium deuexerunt. Quod factum est. XI. Kal. Octobr. hoc est, XXI. Septembr. Ita Wolffardus, qui addit, Heidenheimio simul allatas fuisse Reliquias S. Wunibaldi;

* Euphonias.

* Alius manu script. Cod. IX. Kalend. Octobr. sed tribus interiectis diebus nempe * VIII. Kalend. Octobris, hoc est, XXIV. Septembbris eò vnde ab sportatax fuerant, reportatas esse. Monasterium sanctæ Walpurgis sub Otkero Antistite inchoatum fuisse, tradit Catalogus Bruschianus. Quo loco ante templum S. Crucis erat; quod, transflatis eò S. Walpurga lipisanis, mutato nomine, ab ipsa S. Walpurga appellationem sumpsic.

Tradit idem Catalogus S. Walpurgam ab Ortero Episcopo cœlitum numero adscriptam esse concessu & iussu Adriani II. Pontificis. Centuriatores Centur. IX. cap. 7. nasum corrugant, & Adriano, tanquam idololatrx, qui mortuos homines proditi coluerit; diem dicunt. Sed nimis serò veniunt cum sua indignatione Centuriatores; qua id quod factum est, infectum nunquam reddent, nec pieratis opus in idololatricum piaculum transmutabunt, licet omnes Orci copias suppetiatum aduocent.

Perrexit idem Otkerus cum exercitu in Boëmiam cum exul quidam iniuste pulsus in patriam & in Imperium restituendus esset. Nec prospera fortuna coepit defuit. De quo Aventinus lib. 4. Annalium.

In libro Gundackari additur istud, Isti quinque
Episco-

Episcopi Gerhoch, Aganus, Adalunc, Altune, Otker centum annos viuendo (in Episcopatu scilicet) compleuerunt; non singuli, sed omnes simul.

VII. Godeschalcus.

Septimus Ecclesiam Gotescalc procurat eandem.
Sedit annos tres'. Obiit anno Saluateris D C C C.
LXXXII. II. Idus Nouembris (ita habet Pontificale) hoc est, pridie Idus seu XII. Nouembris. Meminit eiusdem Epitomator Philippi.

VIII. Erchanboldus seu Erchanboldus'.

Est Erchanboldus octanus in ordine magnus.
Qui cathedram Episcopalem tenuit annos XXI. Ita enim tradit Pontificale, tametsi alij Episcopatui eius pauciores annos assignantur. Mortuus anno Domini DCCCC. II. XIII. Kalend. Octobris, hoc est, XIX. die Septembres. Est hic Erchanboldus ille, cuius iussu Wolffardus Hasenrietanus quatuor libris res gestas & miracula S. Walpurgis complexus est; ut patet ex prefatione Wolffardi, quam ad Erchēboldum operi suo præfixit, quemadmodum videre est Tom. I V. Antiq. Lect. Doct. Canisij. Adeundem Præsulem est eiusdem Wolffardi procœmium in librum tertium..

Sub hoc Episcopo translata est pars Reliquiarum S. Walpurgæ Eychstadio ad Monasterium Monheimè cui Liubila, seu Lioba Abbatissâ præterat; quæ ut aliquid de Reliquiis S. Walpurgæ nancisceretur eni- xissimè petebat. Cui annuens Erchenboldus partem concessit, per quam postea Deus ea miracula patravit, quæ soluta oratione Wolffardus & rhythmis Me- d bar-

dibardus quatuor libris comprehendit. Ita ergo de
hac translatione Wolffardus.

* Mausoleum.

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi octin-
gentesimo nonagesimo tertio, indictione tertia, regnante se-
lici prosperitate Arnulfo serenissimo rege, apertum est * ma-
usoleum B.V Valpurgis Virginis in basilica, in qualocataveraut
tempore Ockarij Episcopi. Mittens igitur prudentissimus u-
sagacissimus in omnibus negotiis Erchenboldus Episcopus, re-
ligiosos Archipresbyteros, cum aliis boni meriti suos, ossa di-
cata sacra Virginis iussit exquiri, & inuenta diligenter atre-
ctari, summaq[ue] cum reverentiapartitarecondi, ita ut optate
diu reliquie darentur Liubila, & thesaurus eiusdem corpo-
ris per secula sua seruaretur Ecclesiae; iidemque ad quos iusso
peruenit Antifititis, eandem oxyus, licet simplici, corde, inu-
bantes accelerare curarunt. Cum q[ue] se totos dominicas misera-
tioni committerent, & in psalmis & hymnis sine cessatione
persistenter, fodientes inuenierunt cineres amplectendos be-
ta matris nostrae VV alpurgis, quasi lymphatenui madefactos,
ut quasi guttatum ab eis roris stillæ extorqueri valerent. Qui
licet tanta essent humiditate referti, nec puluisculus tamen
manibus contrectantium quoquo pacto valuit adhaerere.
Sublata demum pro qualitate incomparabilis thesauri deside-
rantissima portione, reliquum loco restituerunt suo. Quis ve-
rò mœror, quæve angoris tristitia Eistattenses inuaderet ciues,
cum tanta pignora partirentur, putantiam dominam VV al-
purgam sibi penitus ablatam, qui verum agnoscit, ut veritas
poscit, verissimus fateatur. Hæc Wolffardus, sequentia
Anonymus Hasenrietanus. Inter innumera pietatis &
virtutis opera Erchenboldus patriam nostram, Haserensem
Abbatiam, tunc Fuldensi, Elenuuangensi & Derensi Abbatibus
iure & dinitiis aqualem, S. V Villaldo acquisuit; sed tamen
non totam; Arnulphus quippe tunc temporis princeps, ean-
dem

dem Abbatiam precibus & seruitio predicti Antifitius deuictus, oblatis prius regalibus circa Rhenum curtibus, in quibus & Thuryburg, cum omnibus suis pertinentiis, ad Eystettensem Episcopatum regali donatione tradidit, & chirograpto aureis literis inscripto stabilinit. His ita peractis prudens Episcopus electis Monachis canonicos ibi fecit, eorumque præbendam paucis ex redditibus instituit, ceteris tum sibi retentis, tum militia distribuit. Tunc primum Aureacensis Episcopatus* milites habere cœpit, cum antea aut nullum, aut per paucos habuisset. Nam hodieq; ex tanta Aureacensis militia multitudine tribus tantum seu quatuor exceptis, ceteri omnes beneficiati sunt ex huius Abbatia bonis.

Interfuit & subscrispsit Erchanbaldus Concilio Triburiensi, quod celebratum est sub Arnulpho Imperatore anno salutis DCCCXCV.

Parum porrò interest, siue Erchenbaldum siue Erchenboldum scribas: utraque enim scriptura usitata est; nec diuersum hominem facit; & frustra sunt, qui Williboldum à Willibaldo, & Wuniboldum à Wunibaldo discriminant, & S. Bonifacij comitatum & societatem nouis comitibus & sociis augent. Quoties in istis Germanicis vocabulis mutatur a in o. vt Reginaldus, Reginoldus, Reinoldus, Arnaldus, Arnoldus, & similia? neque vlla certa scribendi ratio in his Anglicis, Saxoniciis, & Alamannicis vocabulis observatur, ut videre licet tam in impressis, quam in calamo exaratis codicibus.

IX. Vdalfridus seu Vlfridus.

Ecce potestatem capit Vdalfridus eandem.

Sedit annos XXXI. obiit Kalédis Ianuarij, anno Redemptoris DCCCC. XXXIII. Cæsaribus Ludou-

Hh co

co III. Conrado I. & Henrico Aucipi, charus fuit, vt
scribunt ex Bruschio Magdeburgici Cent. X. cap. 10.
à quibus etiam multa priuilegia Ecclesiæ suæ obtinuit.
Idem cum propter morbum synodo Dingelfingenſis
interesse non posset, Legatos suos misit, Sarcolochum &
Godbertum. Et qui nam isti? *Sacrificuli*, inquit Mag-
deburgici Centur. X. cap. 10. *quos Chorēpiscopos* vocant.
Nec hoc conuicium semel posuisse contenti sunt; idē
prius ingeſſerant, cap. 9. vbi de synodis disputant. Sed
hic mos est Centuriatorum, ut omnibus bonis facer-
dotibus maledicant, & ignominiosa nomina impo-
nunt, solis illis parcunt, qui bonis aduersati sunt, qua-
lis in primis, Clemens ille, Adelbertus, Samson & alij
S. Bonifacij hostes iuratissimi. Isti nimirum Centu-
riatoribus non sunt *sacrificuli*, sed viri vel in primis ve-
nerandi accolendi.

Est autem hæc Dingelfingenſis synodus diuersa
ab illa, quæ eodem in loco celebrata est sub Thassilo-
ne Boiorum Duce anno Redemptoris DCC. LXXII.
vt ipsa temporum ratio docet. Aliunt Centuriatores,
Arnulphum Bauaria Ducem deliberationi synodali praefuisse
& simulcum patribus decretæ edidisse. Vnde hoc illis no-
tum? Vnde pleraque alia, nempe ex proprij cerebri
bibliotheca, vbiaſſeruant, & quando opus est, inspi-
ciunt, optimæ notæ manuscriptos Codices, & ex illis
Centurias suas farciunt. Inde tamen perspicue colli-
go, Arnulphum nec Lutherano, nec Caluinianospি-
rito instinctum fuisse; nam prædia Ecclesiasticorum, que
partim Ungari depopulati erant, partim alij occuparant Epi-
scopis ac Monachis restituit. Quis Lutheranus aut Calui-
nianus hoc faceret? Tempis & sacris adibus redditus con-
ſtituit, quibus reparari queant. Dam ih̄ Lutheranum aut
Calui-

Caluinianum, cui sit eadem liberalitas & pietas? Frisingensi Episcopo, bona qua abrepta fuerant, reddit. O rem miri, quin & inauditi in schola Lutherana & Caluiniana exempli. Sectarij nostri non modò multa Episcoporum bona, sed & integros Episcopatus inuaserunt. Quis vel vnicam cogitatiunculam de restitutio-
ne suscipit?

Episcopos, Monachos, Sacerdotes, rursus intra metas disciplinæ retrahit; quia nimis populariter in istis rerū omnium turbationibus viuere didicerant. Nec hoc Lutheranum, aut Caluinianum est; quia quō Sacerdotes & Monachi sunt dissolutiores & flagitosiores, eō Quintieuan-gelicæ rei melius prospectum est, cuius tales sunt se-minarium. Hæc haec tenus occasione Synodi Dingel-singensis, ad quam Vdalfridus Episcopus legatos suos alegauit.

X. Starchandus.

Ex in Starchandus regit Ecclesiam venerandus:

Et quidē tempore satis longo, nempe annis XXXI. ut habet Gundackerus; Bruschianus Catalogus XXXII. anno tribuit; occisus est ab Vngaris pugnā commissā in Campo Lyci (auff dem Lechfeld) cui etiam S. Vdalricus Episcopus Augustanus interfuit, qui mortuum Starchandum ipse met Eichstadium ad sepulturam reuexit. Sanctus autem Vdalricus Eichstadio discedens cum ad veterem fagum, in monte Australi hodie q̄stantem, venisset, inquit *Anonymus*, versa facie ad templum ciuitatis Aichstadianæ, sic exclamasse fertur. Vale *Villibalde* vir sanctissime, vale: Ego omnium mortalium mihi charissimum iam prope te deposui ac sepelinus; iccirco ad tuam istam urbem post hac venire amplius animus mihi non est: viue igitur & aeternum vale.

Hh 2 Cate-

Caterum imperfectio Starckandi incidit in III.
Idus, hoc est, in XI. diem Februarij, anno DCCCC.
LXV. ad quem, ut & ad alios quosdam Germaniae E-
piscopos Epistolam dedit Leo VII. Papa, cuius me-
minit Aventinus lib. 4. Exstat iam ad finem Chronic
Reicherspergensis inter diplomata que eidem Chro-
nico attexuit vir clarissimus *Christophorus Geuoldus*, I.
V. D. & Consiliarius Bauaricus. Interfuit Starckhan-
dus cum S. Vdalrico Synodo Ingelheimensi anno Do-
mini DCCCC. XLVIII. celebratae, ut scribit Fro-
doardus in suo Chronico.

De Erchanbaldo & Starckando simul, hæc Ano-
nymus Hasenrietanus. *Hic Sacerdos magnus, eiusq; suc-
cessor Starckandus, quales quantiq; Episcopi fuerint in vita,
quam periti & studiosi in divina scriptura, optimorum, quos
sicer iusserunt, librorum, usque hodie testatur multitudo co-
piosa. Vnde & memoria eorum non derelinquetur in secula.*

Impetravit Starckhandus ab Othono Magno Di-
ploma, quo Heidenheimium, olim Monasterium à
S. Wunibaldo conditum, tunc autem Canonicorum
Collegium, in suam protectionem recepit. Diploma-
tis ex vitorio exemplari exscripti, hæc sunt verba.

*In nomine sancte & individua Trinitatis. Otto divina
ordinante clementia Rex, generali Collegio Clericorum
que fidelium presentium, nec non futurorum notum esse de-
sideramus, qualiter Venerandus Starckandus Eystettenensis Ec-
clesie Episcopus, & Bruno carissimus frater noster, regalitatem
nostræ supplicando adierunt eminentiam, quatenus locum
Heidenheimi nuncupatum, in pago Sualaueldensi situm, in
comitatu Erunsti, ubi egregius Dei confessor VVinebaldus
corporaliter requiescit, qui ad præfatum Eystettense respicit
Episcopium, in nostra defensionis emunitatem suscipere di-*

gnare.

gnaremur, quorum utriusq; petitioni maximè pro amore di-
uino; & nostrinostrorum antecessorum remedio, libenter sa-
tisfecimus, & inde hoc iussimus præsens conscribi preceptum,
per quod volumus & firmiter regali sceptro iubemus, ut nul-
lus publicus index, ne quilibet ex iudicaria potestate, seu ali-
quis fidelium nostrorum, cuiuscunque sit ordinis vel persone
in eodem loco vel adiacentibus suis, quo cunq; modo augmen-
tentur Ecclesias, aut in locis & agris seu cateris possessionibus
ad memoratum locum pertinentibus, habeat ius ad causas au-
diendas, vel feuda exigenda vel mansiones, vel paratas fa-
ciendas sive tollendas, nec ipsius loci liberos & seruos iniuste
distringendos, aut quaslibet redditiones & occasiones illicitas
requirendas, aut parafredas, seu aliquas occasiones iniustas
unquam agere præsumat, sed idem locum cum omnibus perti-
nentiis suis sub nostra tuitionis emunitate perpetualiter quie-
tus subsistat; & ut hac liberalitas nostra auctoritas firmio-
rem perenniter habeat vigorem, hanc præceptalem chartam
inde conscriptam manu propriaroboramus, annulique nostri
impressione iussimus sigillari. Hactenus Diploma.

Ad extremum omitti non debet, vocabulum
Starckhandus, putè esse Germanicum, Starckhandi
quasi dicas; Fortimanus. Olim quoque à manibus data
sunt nomina: ut Longimanus, Rex Persarum à longis
manibus.

XI. Reginoldus.

Musicus inde locum Reginoldus rexit eundem.

De quo Bruschianus Catalogus. Reginoldus vir doctissi-
mus, trium linguarum egregiè peritus, Musicus eximus, tri-
bus Othonibus Imperatoribus longè charissimus, à quibus
multa insignia priuilegia consecutus est. Eligitur in Episco-
pum Aichstadianum, post mortem Starchandi. Praefuit lau-

Hh 3

dabi-

To grec *το γρεκ του*
το χρυσού

dabilius ac utilissimè annis XXIV. Obiit quarta Aprilis anno Domini DCCCC. LXXXIX. scripsit vita sanctorum Nicolai, Blasij, Willibaldi item ac Unibaldi fratrum. Ampliavit, ac illustriorem fecit Basilicam Cathedralem. Vtrum autem vita S. Willibaldi, quam Tomo IV. Antiquæ Lectionis D. Canisius intulit, sic illa ipsa, quam Reginoldus scripsit, difficile dictu est. Coniecturæ à D. Canisio allatae eò ducunt, sed sunt, quæ etiam abducant. Judicet Lector.

** Templum ex-
cathedrale.*

De hoc Anonymus Hasenrietanus, præter cætra, isthac. Cum Monasterium* amplificare cogitaret, consilium q[uod] prænominati S. Odalrici Episcopi super hacre per legatum inquireret, vir sanctus huiusmodi responsum remisit, nec opus, nec bonum sibi hoc videri. Satis magnam esse Ecclesiam quantitate, maximam verò sanctitate. Neq[ue] enim se unquam in ullam venisse, in qua melius posset orare. Hoc responsum pullulum revocatus ab incepto, post tamen satis fecit suo desiderio. Occidentalem namque templi partem, prius ceteris tribus aequali, eius partis ampliavit adiectione, quæ nunc versus occasum est hodierna sacris fontis statione. Ex eo tempore paulatim cessabant signa & prodigia, quæ ibi prius fiebat plurima. Ut enim maiores nostros sape audiui dicere, appropinquate quo annis festiuitate S. Willibaldi, tantam multitudinem cœorum, clandorum, mancorum, demoniacorum & multis variè debilium confluxit, ut porticus illa magna ad S. Martini, nequaquam eos capere posset, tantus q[uod] stridor ab eis in Vigilia sancti fieret, ut vesperam illam iocundissimam non nihil impedirent. Veruntamen antequam Missa in die sancto finita fuisset, fermè omnes sanati Deo sancto q[uod] Willibaldo debitas grates referrent.

Diligebat autem idem Episcopus præpotentem quandam Dominam, Pia vocatam, quæ omnes illiustoris fæminas arti-

En hoc monasterio duas sorores habet
tissas habuit Bibaldus p[re]dictus
Bibadius Norimbergensis, vir publicus
et primum monumentis notus
sabina p[ro]pterea Euphemia, quare illa obiit
anno Christi 1529. ista anno 1547. 70
Abbatissa officio post soror[um] suarum Sabina
suscepto, annos adspexit 1530.
plurimas strumper ab hereticis
invalescentibus et monasterio excommunicatis
tentam perp[er]se, unde constat tandem fuisse
et immota in religiosa vita et Catholicis
fidei profissione. anno salutis 1549.
cum sui conuersu migravit in pianum
monasterium proprium Eystadium, Mauricio
Episcopo Eystadiensi necessaria suppeditante
postea iuris fuit profligatus a[et]er
Carlo V. Schmalkaldici fidei sociis
sod[al]tibus harpiis domo capta offerto
et via antiqua iustitia abolitus in
poteris multo, monasterium ab Harpiis
Harpiis dimicant utri p[ro]fanatum
urij ad eum nostra epoca quibus orthodoxi
fides, misericordia, et p[ro]prio gaudiu

uivimus.

Habuit ideo Bilibaldus Norimbergus in
Clariſſas clariſſas partymonias du-
ſorioris Abbatissas in filia regias offici-
as dignitatis, quae tempore pape Christi nati-
1550. uice ſuperiora a monachis Clariſſas
Norimbergae uocatae erat. Quatuor uite pro-
mota ipſa Noricus, s. Clavis ſpirituosa
propter fidem catholicam et monachicam uo-
luntatisfirmitatem operationem calamitosas subi-
cepit, namque credidit nisi ipſa per promissionem
epistolæ de Apologie ad Senatum Norimber-
gensem inter operam Bilibaldina reha-
uerat, et facilius modo funderet, tamen
de cunctis modo aperte uincit et tyranno-
dixit clavis spadem et apponere. Credo q[uod]
p[ro]p[ter]a. 12. aduersus inimicos, et duxit
capitores. Regina audiens capienniam Salomonis,
et ecce plusq[ue] Salomon hic. Quanto magi-
us in indicio tangit virginem ipso bono dicit
furgant g[ra]u factis et patris suu Bilibaldum
et condemnabit eum, quod tam citius et leviter
facta a maiori suor[um] orthodoxa fide populi
per remisit, et ad Lutherum carba transi-
xit.

artificiorum subtilitate incomparabiliter dicitur superasse,
hac multis & miris ornatibus Ecclesiam nostram decorauit,
non solum per se met ipsam operando, seu tradendo, verum e-
tiam alias multas, multa artificiorum genera docendo. Ad
ultimum perfecte conuersa ad dominum, in proximo constru-
xit monasterium sanctimonialium Bergen vocatum, quod regre-
galibus, ut erat dictissima, redditibus locupletatum, & omni
ornamentorum genere multifariam decoratum Romana Ec-
clesia specialiter tradidit. Quam traditionem Ioannes tunc
Apostolicus privilegio suo, quod hodieq; nobiscum est, confir-
mavit, & omnes eidem monasterio aliquam iniustitiam fa-
rente terribiliter anathematizauit.

Porro Bergæ iuxta infimum altare huiusmodi in-
scriptio legitur. Die Hochgeborene Fürstin Billidut/ Pla-
n angeborner Willigkeit genant/ ein Tochter Herzog
Iselbrechts von Pemelgam vnd Lotring/ vnd Frauwen
erwigen/ des ersten Kœisers Otto Schwester/ Stiff.
nach Abgang ihres Gemahels Herzog Berchtold in
Bayrndish wirdig Gottshaus/ im 26. Jar/ ihres wittiben
Standes/nach der Geburt Christi D C C C. L X X VI.
De hoc Monasterio plura Hundius in Metropoli, &
ruschius in Catalogo Monasteriorum. Situm est in
Eystadium & Neoburgum, Principis Palatini se-
m; olim Ordinis S. Benedicti. + 100

XII. Megengozus.

Hinc malus ipse in malis Megengoz, largus egenis.
arie scribitur hoc nomen, ut pleraque alia huius
otæ: etiam Meginaudus inuenias & Meginaldus; hoc
ostromore, inquit Trithemius, lib. de origine Franco-
um; illud, consuetudine Sicambrorum Lin V mutantium.
enuit Megengozus Episcopatum annos XXIV. E
viuis

viuis abiit anno M. XIV. IV. Kalend. Maij., hoc est,
XXVIII. Aprilis.

Fuit festiuī & amoēni ingenij, ut ex pluribus, quæ
de illo narrat *Anonymous Haserensis seu Hasenrieta-*
nus, planum sit; ex quibus hoc non est postremum,
quod verbis ipsius Auctoris, tame si incultis, recita-
bo. *Aliotempore, cūm Iunior quidam Clericus, legatione*
Hezelini Virzeburgensis Episcopi *functus, ad eum veniret:*
videns eum, scilicet Clericum à longè, accipitrem in manu fe-
rentem, vocat unum ex Camerariis suis, & ait. Sic & sic faci-
to cum adueniente Clerico. At ille venienti occurrentis, & de-
scēdētis equum deuotē suspiciens, addidit. Date mihi ad ser-
uandum & accipitrem, donec vestram peragatis legationem.
Clericus verò nihil mali suspicatus, statim tradidit alitem. At
ille apprehensum per liguras accipitrem, ter & quater infaciem*
Clerici percussit; furcifer inquiens, quomodo ausus es ad
Episcopum venire huinsmodi alitem ferens? Confusus & do-
lens Clericus ingreditur ad Episcopum, non iam legationis
causa; sed querelarum; minitans hanc se contumeliam Domi-
no suo lacrimabiliter conquesturum. Cui Episcopus; imò ego,
inquit, nisi patienter feratis, mandabo Domino vestro quam
inurbanè ad me venisti, & non solum gratiam eius, sed & bo-
na vestra, & ipsum ordinem perdam vobis. Vos equidem ful-
tè egistis, stultè egit & meus, condonate alterutrum, quod in-
nicem peccasti; & cauete de cetero, ne unquam ad me, vel ad
aliquem Episcopum tam irregulariter veniatis. Deinde dona-
tus & ipse non vili munere, abdicata iniuria, recessit in pau-

Non dissimile factum narrat Dietmarus Episco-
pus Mersburgensis de Arnulpho Episcopo, cūm in-
quendam Presbyterum accipitrem manu gestantem
incidisset. Historiam inuenies apud Dietmarum.
lib. 6. Chronici.

Adda-

Addamus & hoc ex eodem fonte haustum. Beatae
in Christo memoriae Henricus Imperator, Babergensis Epi-
scopatus institutor, cum solemnies, tam sibi, quam aliis ludos
exhibere vellet, mandauit huic Episcopo nostro, suo verò pro-
pinquo, in parte consanguineo, ut plenum sibi in via Ratispo-
nen si daret * seruitum, Archiepiscopo cui libet non nihil for- * omnia necessa-
midandum. Cui cum Regius Legatus singulatim, que danda ^{ria ad Aula su-}
essent, magnificè enumeraret, tandem quod ad immensam vini
mensuram ventum esset; pessime, inquit, Dominus tuus aper-
tè insanit. Vnde deberem sibitantum seruitum dare, qui ne-
memet ipsum satis quo pascere? Ego quidem socius eius eram
genere, sed ipse fecit me rebus quasi pauperem parochianum;
& nunc regale poscit seruitum? Vnde sibi tot carra das vini?
Ego quidem de vino nihil habeo, nisi unam paruulam carra-
dam, quam dedit mihi sodes * meus Augustensis Episcopus * socius, amicus.
tantum ad sacrificium. Dicebat autem Brunonem ipsius Im-
peratoris germanum fratrem. Per sanctum, inquit ^Villibaldum,
ne una quidem gutta huius viti intrabit in os Domini
tui. Tandem cum deferibusset ira eius, preciosos Imperatori
aliquot pannos misit, & Legato dixit. Hoc voluit Dominus
tuus, hoc habeat: hoc est Eystettenium Episcoporum potius,
quam plenum regibus dare seruitum.

In manuscripto Pontificali dicitur, S. Willibaldum
hoc procurante Pontifice à Leone VII. Cano-
nizatum, & in Sanctorum numerum relatum esse.
Quod subsistere nequit, vt alibi monuimus, cùm Leo
VII multis annis ante Meginozi Episcopatum vi-
tam finierit. Adscribam verba Pontificalis.

S. ^Villibaldus filius S. Richardi regis Angliae, deuotus
super terram Domino Deo, ab incarnatione Domini anno
DCC. XLV. primus Episcopus Ecclesiae Aureatensis. quæ nunc
dicitur Eystettenensis, factus est. Sedit in Episcopatu. XXXVI.

Ii

annis.

annis. Anno verò DCC. LXXXI. Nonis Iulij obiit. In me-
dio cryptæ sepultus est septimo Idus Iulij. ubi requieuit CC.
VIII. annis. Medio tempore Dominus Deus in laudem &
honorem egregij Confessoris sui multa permisit fieri signa. Il-
la verò signa infinita, cum à Leone Papa VII. satis essent ex-
aminata, & coram eo probata, procurante venerabili Patre
Domino Megengozzo, qui fuit duodecimus Episcopus Eystet-
ensis post S. Willibaldum, laudabiliter canonizatus, & san-
ctorum Catalogo insertus est. Anno verò DCCCC. LXXXIX.
X. Cal. Maij de terra in crypta primò eleuatus est, & ibidem
retro altare S. Viti, * sacrofagatus, ubi requieuit LXVII. an-
nis. Illis temporibus S. Willibaldus multis vicibus manifesta-
uit se, signa & miracula multa faciendo. Hæc ibi. Quibus
quis, & quomodo verus sensus subesse queat, docui-
lib. i. obseruat. cap. 23.

Huius primæ eleuationis memoria notatur in
Kalendario seu Necrologio ad X. Kal. Maij, hoc est
ad diem XX. Aprilis, his verbis: Eleuatio prima de terra
corporis S. Willibaldi Confessoris & Episcopi anno 989.

Jdem Episcopus Megengozus lucernā siue lych-
nuchum orbicularem seu circularem in medio Tem-
plic cathedralis in honorē S. Willibaldi conficiendum
curauit; quales hodie adhuc passim in templis visun-
tur cum certo candelarum numero: Pharos appella-
bant. Adiecit Megengozus hos versiculos pro ratio-
ne æui illius bonos.

Hanc Willibaldo pharum construxerat almos
Præsul denotus Mengosus nomine dictus,
Qui pius hunc sanctis precibus coniungit eundem,
Turmis Angelicis cœlesti nomine sanctis.
Hoc pater & natus, nec non & spiritus almus,
Efficiat firmum, fixum, solidum q̄ per æuum.

Jater-

Interfuit Megingozus secundæ Synodo Francofurdiensi, in qua de Bambergensi Episcopatu condédo præcipuè actum est, subscriptisque vñā cum aliis præsulibus diplomati Ioannis Pontificis, quo consilium Henrici Imperatoris de hoc Episcopatu instituendo approbat. Vide vitam S. Henrici cap. 10. & notas nostras ad caput X. & XII. Nunquam tamen consentire voluit, ut aliquid de Iurisdictione dioceſeos Eystettensis tolleretur, & Bambergensi adiicetur, prout paulò postaudies.

Centuriatores Magdeburgenses Cent. XI. cap. 10. cùm apud Bruschiū aliquid de canonizatione S. Willibaldi legitimasent, continere senon potuerunt, quo minus calumniarentur Willibaldum in Deorum numerum, more gentilium, relatum esse. At nec Eychstättenses, nec alij Willibaldum pro' Deo, sed pro seruo Dei habent, & colunt; & si vel ex infante queras, num Willibaldus sit Deus, sonora voce non esse Deum restabitur, nec canonizatio est Deitatis, sed sanctitatisteſificatio, & publica declaratio.

XIII. Gundackarus seu Gunzo.

Hinc Gundackarus virtutum germine clarus.

Electus est anno Christi M. XI V. sedit annis quinq;. Rebus mortalibus valedixit anno M. XIX. XII. Kalend. Ianuarias, hoc est XX. die Decembris. Sub hoc Episcopo, tametsi volente & consentiente, non modica terræ pars Dioceſei Eychstettensi abſcissa; & nouo Episcopatui Bambergensi adiecta est. De qua liber Pontificalis iſt̄ hæc. Anno Domini M. XV. tempore Gundeckari primi, Episcopi Eystettensis, diuīſio eiusdem ſedis in terminis eſt facta, qua extenditur ad proximam ri-

pam, quæ nuncupatur Pagancia (Pegnitz) & non ultra. Haec determinatio & divisio est facta apud Franckenfurt, praesente Imperatore Henrico, & multis principibus in Curia solenni, ad instantiam Eberhardi Episcopi Babenbergensis primi & Imperatore precante, in subsidium eorum nouæ plantacionis Babenbergensis, ut termini ex alia parte fluminis deinceps spectare dignoscerentur, sine conditione omni.

Cæterum in Synodo Francofordiensi, cui Megengozus seu Megengaudus adfuit, nihilactum videtur de portione terræ Dioecesanæ ab Eystettensi Episcopatu absindenda; cum in vita S. Henrici, & in antiquis monumentis, quæ in Notis adduximus, nulla sit huius rei mentio; tantumque ea loca percenseantur, quæ ab Herbipolensi Episcopatu ad nouum Bambergensem translata sunt; sed postea ipse quoque Eystettensis Episcopatus ad hanc nouam Imperatoris sponsam exorbandam aliquid contribuere debuit. Rem narrat Anonymus Haserenfis non sine stomacho, cuius en verba...

Præstantissimus Imperator Heinricus, cum Babbergensem Episcopatum regaliter datum consummare non posset, nisi à circumiacentibus diacessibus parochia terminos redimeret; Solus Agonista noster, tam moribus, quam genere fatus viriliter sibi restitit, & ad vitæ usq[ue] finem iniquo concambio nullatenus acquiescere voluit. Illo vero feliciter defuncto, Eystettensem Episcopatum ab initio usque tunc à nobilibus & summis viris habitum, ingeniosus Imperator tunc demum servi personæ addixit, & Gunzoni cuidam Babbergensis Ecclesiæ Custodi, hoc ipsum ut strueret, dedit. Sub hoc Episcopo cum Casar propositi properus predictum concambium maturare vellet, & nouus ille Episcopus Capellanorum ac militum suorum tunc præcipuorum consilio fatus, constanter restitisset,

irachn-

iracundo admodum animo Caesar fertur dixisse. Gunzo quid
hoc audio de te? An ignoras, quia p: opterea Episcopum te loci
illus feci, ut quia voluntate meam cum priore, ut pote * socio * consanguineo.
meo, perficere non poteram, tecum, qui eiusmodi es, sine dila-
tione perficiam. Cau ne unquam tale quid audiam ex te, si
vel Episcopatum vel gratiam meam velis retinere. Quibus
audit is, Episcopus quidem obmutuit; Clerus vero & militia
in contradictione persliterunt.

XIV. Waltherus.

Post hunc V Waltherius colit Ecclesiam venerandus.

Sedit annos duos. Excessit è viuis anno Redemptoris
M. XXI. XIII. Kal. Ianuarij, hoc est, XX. die De-
cembris. Addit Bruschianus Catalogus obiisse & se-
pultum esse Rauennæ, cùm Romam negotiorū causa
peteret. Hallucinantur ergo Centuriatores qui Cent.
X I. cap. X. Gundackaro immediatum successorem
tribuunt Heribertum; cùm Waltherus seu Gvvalthe-
rus interieatus fuerit. Subscriptis hic Waltherus cum
aliis multis Episcopis & Principibus Imperij, Diplo-
mati, quo S. Henricus Imp. confirmauit omnes om-
nium prouinciarum donationes, quibus Ecclesia Ro-
mana ab antecedentibus Imperatoribus & Regibus
cohonestata fuerat. Quod Diploma exstat apud Ba-
ronium anno M. XIV. Et quamvis Baronius hoc di-
ploma ad hunc annum referat, non tamen credidit
hoc anno datum esse, sed cum diploma annum Do-
mini non signet, ad hunc reuocare voluit, quo Imp.
Henricus diadema Imperatorium accepit, quia ple-
rumq; Imperatores in coronatione sua Ecclesiæ Ro-
manæ priuilegia confirmare solebant. Cùm autem
Waltherus Episcopatum adeptus sit anno M. XX. nec

ultra biennium tenuerit, sequitur Henricianum hoc diploma datum esse anno Domini M. XX. aut se-
quenti.

XV. Heribertus.

*Hunc Heribert, flentem qui nullum spexit egentem.
Episcopatum tenuit annos X XII. Eundem ad Cæli-
tes migrans reliquit anno salutis M. XLII. IX. Kal.
Augusti. Bruschianus Catalogus unum duntaxat &
viginti annos sedi eius tribuit. Alia quædam in Ponti-
ficali annotatio tantum annos XX. Et certè ab anno
M. XXII. quo Heribertus electus est, vsq; ad annum
M. XLII. non nisi X. anni computantur.*

Sub hoc Heriberto Reliquæ S. Walpurgis ad sum-
mum altare Templi Walpurgini, vbi etiam hodie cu-
bant, translatæ sunt: etsi Philippus, scriptor Walpur-
gicæ vitæ, primam translationem S. Walpurgæ Hei-
denheimio Eychstadium perperam Heriberto, ad-
scribit, cum sub Ottario sexto Eychstettensium Prä-
fule contigerit, multis annis ante Heribertum, ut su-
pra vidimus.

Sed non abs re erit, gesta Heriberti repetere ex
Anonymo Haserietano, cuius licet oratio incondi-
tasit, restamen cognitu dignas nobis exponit. Nam
de Comite Lechsmundio, vnde accuratam narratio-
nem accepissimus, nisi iste suppeditasset? Ica ergo ille
nominis expers Auctor. *Heribertus nobilis genere, nobi-
lior moribus, vir eleganter literatus, Sancti illius H. Coloni-
ensis Archiepiscopi cognatus, & equiuocus, diuina fauente
gratia, factus est Episcopus. Hic Heriboli nutritus, edocet
egregia dictandi dulcedine in tantum enituit, ut tunc tem-
poris hac in arte nulli secundus fuerit. Hic Spiritu sancto affla-*

* Heriberti.

tus



rus, sex hymnos pulcherrimos composuit. Vnum de S. Cruce.
Salve Crux sancta. Alterum de S. VVillibaldo. Mare, fons,
ostium. Tertium de S. VValpurga. Ave flos virginum.
Quartum de S. Stephani Inuentione. Deus Deorum Do-
mine. Quintum de S. Laurentio. Conscendat vsque side-
ra. Sextum de omnibus Sanetis. Omnes superni Ordines.
De S. Maria verò fecit quinque intimas orationes; quarum
omnium commune initium est. Ave Maria gratia plena.
Fecit etiam duas has initiatas modulationes. Aduertite
omnes populi. Et: Peccatores peccatrices quondam.
Hic LXX. canonicos Eystettenfis congregationis inuenit; sed
ejectis una die XX. fratribus ad L redegit; Quos tamen om-
nes parochiis datis satis deuotos habuit.

Post varia de Heriberti studio noua ædificia ex-
struendi & antiqua destruendi, hęc subiungit Author.
Igitur noster ille, dirutis antiquis & inueteratis veterum E-
piscoporum ædificiis, noua subrexit, eaq; in australimonaste-
rii latere, ubi prius claustrum nostrum erat, apposuit. Hodier-
nam S. Blasij capellam per antiquæ illi S. Bertrudis substituit,
quam postea Victor Papamirificis, & quodammodo viniſ pi-
cturis adornauit. Claustrum verò nostrum à Monasterio, ut
nosti, penè alienauit; quod tamen non sine causa fecit. Volebat
quippe ipsum templum ex parte transferre, ita ut pars mona-
sterij, qua nunc Orientalis est, Occidentalis fieret, sic q; mona-
sterium in editiori urbis loco consisteret. Cuius nouæ fabricæ
parietes decem pedum mensura vidimus aliores. Quod qui-
dem monasterium si perfectum esset, tunc utiq; claustrum in
meridiano eius latere, prout deberet, consisteret. Quod quia
S. VVillibaldo non placuit, & opera & impensa periiit. Mona-
sterium in monte veteris urbis, ut est hodie, primus adifica-
uit, & monachicam vitam, qua nunc, proh dolor, defecit lau-
dabiliter ibi instituit. Distinctius Bruschius, Monaste-
rium

rium condidit eo ipso in mōte, in quo nunc Episcopale S.VVil.
libaldi castrum situm est; quod postea iterum concidit, solo
S.Petri facello permanēte. Reuertamur ad Anonymum.
Capellam S. Bartholomai in eodem monte hac de caussa fecit.
Cum quidam hypocrita in vestimentis ouium conspectus, in-
trinsecus autem lupus rapaciissimus, brachium S.VV Alpurge,
& calicem illum aureum, de quo supra diximus, furtim surri-
puisset, & in monte iam dicto in quodam lapide concauo ab-
scondisset, nullo modo inde auferre, neque ipse quo quam po-
tuit abire. Quod maximum sacrilegium, quia in die S.Bar-
tholomai Dei gratia est reuelatum, deuotissimus Episcopus
eidem Apostolo Capellam ibi fieri iussit, & postea in festo eius
solenniter dedicauit.

Capellam S. Martini prius paruam, per cognatum no-
strum Dominum VVoffonem tunc Camerarium postea Mer-
seburgensem Episcopum, ampliari, & ut hodie est, meliorari
fecit. Idem Camerarius veterem illam, & sanctissimam san-
cta Mariae Capellam, in qua supra diximus sanctissimum VVi-
libaldum a S. Bonifacio in Presbyterij gradum promotum,
deiecit, & hodie eam fecit maiorem quidem quantitate, sed
longè imparem sanctitate. Item Monasterium S.VV Alpurge
per dominum Leodegarium innouauit, & monachas, cum
prius essent canonice, ibidem instituit. Hic est sanctæ memo-
ria Leodegarius ille, qui cūm esset genere & moribus diuitiis-
que præpotens Comes, terrenum honorem pro Christi amore
dereliquit, & deposito gladio, attonsaq[ue] barba, canonicus san-
cti VVillibaldi factus est: qui & ipse, cūm esset Regis filius, Re-
gnum mundi & omnem ornatum seculi pro Christo contem-
psit, & terreni Imperij abdicatione, cœlestis regni consortium
felici commercio taxauit. Quem imitatus & iste Dei famu-
lus, hereditarias, quas habuit possessiones, S.VV Alpurge scili-
cet ea conditione contradidit, ut & congregationis numerus

ange-

augeretur, & Monachica Sanctimonialium vita ibidem in-
sttueretur. Quod & factum est.

In hoc autem Dei Electo specialiter hoc notandum imo
venerandum est: quod cum esset tempore conuersonis satis
prouecte etatis, in accipiendo tamen ordinibus tanto & discre-
tionis extitit, ut non nisi unum una vice accipere, & in eo
aliquando obedienter vellet ministrare. Eo promotionis te-
nore ad presbyteri dignitatem peruenit, & XL. prope annis
in eodem ordine Deo deuotissime seruens, quinquennio ante
obitum, instar veteris Tobiae, oculis captus est. Sed & B. Iob
exemplo, caro eius partim computruit. Quas tentationes ita
patienter, itaque hilariter pertulit, ut suspirante nullus, ex-
ceptis secretissimorum arbitris, omnino senserit. De hoc ve-
nerabili sacerdote gloriissimus Imperator * Henricus pater * Henricus III.
istius aequè gloriofi, ad Dominum nostrum Gebhardum Episcopum ita cognomento Ni-
scopum ita solitus est iocari, ut irriteret Eystettenses, Comitis ger, pater Henricus
cuius Missam se audisse, aut audituros esse simpliciter dicentes.

Cum autem tempus remunerationis sua appropinquaret,
ipse qd ad S. Magnum inter Alpes sepulturam suam praordi-
natam haberet, & in ipso itinere apud Monasterium suum
Gemphingen, quod ipse instituit, defunctus esset, corpus eius
ab ipsis inhiantium fauibus creptum, & Eichstat honorifice
deportatum, in medio S. V Valpurge, quod ipse construxit, mo-
nasterio, in ipso depositionis eiusdem sacratissima Virginis die,
officiosissime sepultum est. Cuius anima exente, ut presbyte-
rum sibi assidentem audiui veraciter dicere, flamma instar
candela, de ore eius exiuit, tantus qz horror cunctos qui ade-
rant, inuasit, ut omnibus se substrahentibus, vix ipse perdu-
rauerit. Cuius vitam, conuersionem, & obitum breuiter elor-
quitur hoc epitaphium..

En Leodegari redditis terra sua matri,
Cælis inde datam reddideras animam.

Kk

Pref.

CATALOGVS

Presbyter ex Comite pro Christi factus amore,
Tunc tua VVAlpurga tradideras, mode te.
Ultima præsentis vita, sed primæ perennis
Nona Kalendarum Lux tibi Martis erat.
Oramus pro te, tu pro nobis pater alme,
Ut te cum pace possideamus, Amen.

* Eversbertum.

His compendiosius, quam rei dignitas postularet explicatis, ad Episcopum * redeo, & multis compendijs caussa pretermisis, de nonissimis eius pauca subiiciam. Ex quo Cathedram Episcopalem suscepere at, modis omnibus solum agebat, totusque in hoc erat, ut Episcopatum suum Babbergensi cambio nimis deprauatum melioraret, & memorabile aliquid S. VVillibaldo acquireret. Huius rei gratia multas expeditiones admodum difficiles peregit, & dum efficeret, quod voluit, nec sibi metipsi, nec suis pepercit. Ad ultimum viclus

* Norimbergen. Imperator deuotissima seruitute eius, * Nuenburgensem
sem
in fortis Abbatia. * Eystettensi Episcopatu attribuere destinauit, eascilibet le-

ge, ut corpore S. VVillibaldi illuc translato, Episcopalis sedes in eodem constitueretur loco. Quod quia sanctissimo patrono nostro hunc locum specialiter amanti non placuit, ad effectum nequaquam peruenire potuit. Sed & Nuenbergenses Sanctionales propitiatrixi sua S. Mariae constantissimis precibus usque adeo incubuere, donec effectum petitionis obtinueret. Nam dum Episcopus eandem Abbatiam iam se in manibus habere putaret, & huius rei gratia ad Curiam latissimus veniret, repente Regis animus immutatur & tam diutina præsulis expectationi penitus renunciatur. Quo ille audit o graverter animo consternatus, in tantum ægrè tulit, ut & lachrymas non contineret, & palam S. VVillibaldum rogaret, ne unquam viuus Eistat rediret. Quod & pro dolor factum est, nam in redeundo ægritudinem incidit, & antequam Eistat perueniret, inter vias defunctus à Fisingense Episcopo Egilberto

berto illo mirabili, quem in vita plurimum coluit, accuratissime sepultus est. In tātum verò fratres de obitu tam benignissimi patris doluisse feruntur, ut ad tumulum eius per vices usque ad tricesimum diem per noctanter vigilarent, & nimio amore persuasi pro sancto eum fermè haberent. Cuius sepulcro tale appositorum est Epitaphium ab egregio illo versificatore Willerammo Abate, consanguineo scilicet suo compositum.

Ecce Deisernus Praefulaceo hic Heribertus.

Et reliq.

Hæc Anonymus. Cùm quibus non satis consentiant, quæ Hundius in Metropoli ex Bruschio tradit, nempe Engelbertum, Episcopum Frisingensem, mortuum esse anno Redemptoris M. XXXIX, si hoc ita est, quomodo post triennium, id est, anno M. XLII. Heribertus Frisingæ mortem obiit, iusta funebria Engelberto seu Egilberto persoluentre? Minus adhuc cum vero concinit, quod scribit Andreas Ratisbonensis in Chronico, Heribertum, Episcopum Eystettensem, consecrassæ Ecclesiam inferioris Althahæ cum Episcopis Passauensi & Parentino. nam cùm, vt ipse met Andreas scribit, Ecclesia ista flammis perierit anno Redemptoris M. III. quarto Nonas Martij, & quinto post incendium, hoc est, anno M. VIII. reparata & dedicata fuerit; fieri non potuit, vt Heribertus dedicationi interesset; cùm Episcopalem Insulam anno demum M. XXII. obtinuerit.

XVI. Gozimannus seu Gotsmannus².

Gozmannus paucis præsul fuit inde diebus.

Lambertus Schaffuaburgensis in Chronico, Anno M. XLII. Heribertus Aichstattersis Episcopus obiit, cui fra-

Kk 2 ter

ter eius Gezman successit. Sedit Gozmannus menses duos & paulò plus, ut inquit Gudackarus. Vitæ finem imposuit XVII. die Octobris. Latinus est vir Dei; Græcis, Theander; de quo Anonymus isthac. Licet breui tempore præfuerit, non tamē nihil memorabile in diebus suis egit, adiuncto namq. Brunone Virzeburgensi Episcopo sanctæ Valpurge Monasterium, in festo S. Burckhardi, ut & ipsum hic celebrem faceret, dedicauit, & deinde post tres dies defunctus, à præfato Virzeburgensi Episcopo iuxta fratrem suum honorifice sepultus est.

XVII. Gebhardus.

Et post hunc Gebehard, Romam, qui deinde regebat.
 Sedit in Episcopatu annos XIII. In summo Pontificatu annos duos cum tribus mensibus, Victorisq; II. nomen accepit. Vitam cum morte commutauit anno Virginei partus M. LVII. XXVIII. die Iulij, natus Comes de Tollenstein & Hirsperrg, ut est in Gundackaro. Bruschius ait fuisse Comitem de Calouia, seu Kalavv, hodie Kalb, quod est oppidum cum veteri arce horum Comitum sede in Ducatu Wirtenbergensi ad Nagoldum fluuium, teste Bruschio in prima Monasteriorum Germanicorum Centuria, vbi agit de Alba Augia Norici, Monasterio Benedictino, quod ab hoc Gebhardo conditum fertur. Interfuit Gebhardus Comitiis Norimbergensibus, & aliis Ratisbonensibus, vbi Leone IX. Pontifice præsente & præsidente, disceptatum est de corpore S. Dionysij Areopagitæ, vbinam requiescat; num Parisiis, an Ratisbonæ? Videndus Auentinus lib. 5.

De eius electione, & ad cathedram S. Petri evectione hæc Leo Ostiensis lib. 2. Chronicus Cassinensis cap.

cap. 90. Defuncto sancte memoria Leone Papa, Hildebrandus tunc Ecclesia Romana Subdiaconus, à Romanis ad Imperatorem mittitur: ut, quoniam in Ecclesia Romana persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem ipse, tamen vice Cleri, populiq; Romani Pontificem elezisset, adduceret. Quod cum Imperator annuisset, Gebhardum Aystettensem Episcopum, cuius supra meminimus, de Romanorum consilio postulauit. Tristis ad hæc Imperator (nimis enim illi charus erat) cum illum omnibus modis sibi necessarium diceret, & alios plerosq; huic officio magis idoneos proponeret: Hildebrandus in sententia persistit. Erat enim idem Episcopus, non modo prudentissimus, verum in toto regno ditior, atque potentior omnibus. Hunc itaque in uitum licet, ac nolente Rege (propter quod postmodum monachos non amasse dictus est) Romam secum adduxit.

Addit Hermannus electionem Victoris factam in Concilio Moguntino, idque Imperatoris iussu, qui cum erat Henricus hoc nomine secundus, cognomēto Niger. Conuentus ab Imperatore: Moguntiae factus est, inquit Hermannus, in quo Gebhardus Aystettensis Episcopus ab Episcopis electus Romam missus est: ubi inauguratus & coronatus est in ipsa coena Domini, teste Hermanno, anno M. LV. Venisse Romam cum Pontifice Imperatorem scribit Leo Ostiensis. At Hermannus Pontificem præmissum, & Imperatorem subsecutum esse docet his verbis: Imperator Natalem Domini Goslarie celebrait, ac deinde expeditionem in Italiam paravit, ac diem sancti Paschæ Mantua egit: diem autem Pentecostes Florentia, ibique coram eo à Domino Papa generali Synodo habita, multa correctasunt.

Inter hæc autem ad Ecclesiæ correctionem spestantia, fuit procul dubio damnatio Berengarij Hæretici,

retici, de quo Landfrancus in libro de corpore & sanguine Domini. Quia sententia Leonis Papae non effugit successorem quoque suum felicis memoria Papam Victorem. Sed quidquid de hac re seu de ceteris ipse statuit, statuiue praecepit, hoc etiam iste sua, atque omnium Conciliorum suorum auctoritate firmauit.

Huc refer constitutionem de bonis & beneficiis Ecclesiasticis per Episcopos non ab alienandis, de qua sanctione exstat prolixæ epistola Petri Damiani apud Baronium anno Christi M. L V.

Idem Victor Hildebrandus, tunc Subdiaconus, postea Pontificem Maximum, Gregorij VII. nomine nobilitatum, legatum à latere in Gallias alegauit, cum ad extirpandum Simoniacam heresim, tum ad alios abusus abolendos². Hildebrandus munere suo strenuè functus synodum collegit, in qua memorabilis illa historia accidit, quam multi veterum referunt: inter quos Desiderius Abbas Cassinensis in Dialogis apud Baronium, ubi ipse Hildebrandus hunc in modum loquens introducitur. Cum essem Subdiaconus, & à beatæ memoria Victore huius Apostolica sedis Pontifice, in Galliam pro Ecclesiasticis negotiis discutiendis esset transmissus: cura mihi fuit Episcoporum conuocare Concilium, ut illi coram positis de Ecclesiasticis negotiis tractaremus. In eadem verò ciuitate, in qua Synodus agebatur, Episcopus erat, qui pretio honorem comparasse Episcopatus, à multis infamabatur. Igitur vocatus Episcopus venit in mediū: Cum ergo eum exhortari salutaribus monitis cœpissimus, ut quæ si bī opponebantur, conscientiam fatente, humiliter confiteretur: ille tum quia eiusdem ciuitatis erat Episcopus, tum quia fatus auxilio Comitis terra ipsius, plenus superbia, omnino verba nostra vili pendebat. Sed cum à nobis, & à ceteris, qui aderant

Episco-

Episcopis, sub iniustiā regula se (quod non sperauerat) constrictis
gi consiperet, nec effugiendi habere licentiam: negare perti-
naciter cœpit, quod ante vix audire dignabatur. Cumq; ver-
ba producerentur in longum, & maximum diei spatiū esset
consumptum, & ille nihilominus in sua pertinacia negando
persisteret: hoc modo eum cum ceteris, qui aderant, religiosi
Episcopis adiurare visum fuit, & totum iudicium in ostensio-
ne Spiritus sancti committere. In nomine, inquam, Patris, &
Filiū, & Spiritus sancti, cuius donum gratia te comparasse au-
diuimus, ut huius rei nobis veritatem edisseras, adiuramus.
Quod si amplius, ut cœpisti negare tentaueris; Spiritum san-
ctum, donec quæ vera sunt, confitearis, nominare non valeas.
Qui Episcopus cum abunde eloquens esset, & à nobis orare-
tur, ut Spiritum sanctum nominaret: Patrem quidem & Fi-
lium satis diserte nominabat, Spiritum vero sanctum, mirum
in modum nominare nullo modo poterat. Tunc omnibus, qui
aderant, luce clarius patuit, quod honorem Episcopatus, dato
pretio, emerat, qui non nisi Spiritus sancti gratia largiente
tribuitur. Tunc virtute Spiritus sancti tremefactus Episco-
pus, humiliter coram omnibus confiteri coactus est, quod ante
inflatus superbia, Dei timore postposito procaciter negare
presumpserat.

Collegit idem Hildebrandus Synodum Turonis
contra Berégarium in heresim abiurata relapsum;
qui argumentis conuictus iterum palinodiam ceci-
nit; in quem ista Landfrancus. In Concilio Turonensi, cui
ipsius Victoris interfuere legati, data est tibi optio, defenden-
di partem tuam. Quam cum defendendam suscipere non au-
deres: confessus coram omnibus communem Ecclesie fidem,
jurasti te ab illa hora ita crediturum, sicut in Romano Conci-
lio te iurasse, est superius deprehensum.

Miraculum porro, quo à præsentissimo exitio Vi-
ctor

Quorū Papa erexitus est, commemorat Lambertus his verbis. *Huic (Victori Pontifici) subdiaconus toxicum in calicem misit. Quem cū ipse post consecrationem leuare vellet, nec posset: à Domino causam facti inquisitur, cum populo ad orationem prosteretur; statimq[ue] toxicator à demonē arripitur. Ita igitur causa manifestata, Dominus Papa calice cum sanguine Dominicō, cūdā altari iūsūt includi, & pro reliquiis in perpetuum conseruari. Deinde iterum cū populo tamdiu ad orationem prosteretur, quo usque Subdiaconus à demonio liberaretur.*

Sequenti anno, nimirum M. L. V. I. Victor Pontifex in Germaniam abiit, iuitatu Imperatoris, cui adventus tanti viri opportunus accidit; nam in eius manibus spiritum Deo reddidit: de quo Hermannus. Henricus Imperator Domino Apostolico ad se tempore autumnali iuitato, Cū in Saxonia in Bothfeldino commoratur, morbo ingrauente infirmatus est, obiit anno atatis sua XXXIX. Regni verò XVIII. Imperij X. Indictione decima.

Fusius Marianus Scotus³. Isdem temporibus multas diuersarum prouinciarum Principes perierunt: fames multas prouincias affixit: egestas & penuria undiq[ue] praualuit: multa mala tunc temporis facta sunt. Henricus Imperator his doloribus corde tenus compunctus, infirmari cœpit, & perductus usque ad mortem, sapienti tamen usus consilio, ab omnibus quibus potuit, veniam petens, quibusdam prædia que abstulit, restituit: cunctis, qui contra eum culpas damnabiles fecerunt, relaxans. Filium suum Henricum Romani Pontificis tunc præsentis, caterorumque Pontificum & Principum electione Regem constituit. His & aliis, prout vita & possibilias admisit, benè dispositis, tertio Non. Octobr. vitam præsentem finiuit, sepultus q[ui] est Spiræ Papa præsente.

Ex Germania Romam reuenit Victor Papa initio Quadragesimæ. Anno M. LVII. ubi Trasimundum Comitem Theatinum piorum communione submouit cum ob alia scelera, tum ob Legatos Constantinopoli redeuntes ab eodem Comite spoliatos. Abbatem quoque Cassinensem in ordinem rededit: & tandem XXIX. Iulij defunctus est Florentiæ, ibidemq; sepultus, ut Leo Ostiensis testatur. De quibus omnibus consule Baronium. Non resignauerat Victor Pontifex factus Episcopatum Eystettensem; Itaque nullus in eius locum usque ad obitum suffectus fuit. Lambertus in Chronico anno M. LVII. Eystettensem Episcopatum Gunzo obtinuit, quose Gebhardus factus Papa non abdicauerat. Est autem Lamberto Gundeckarus Gunzo, qui Gebhardum seu Victorem in Episcopali munere excepsit.

Nunc audiamus Anonymum Hasenristanum, satis copiosè de Gebhardo scribentem, tametsi aliqua non consonent his, quæ haec tenus dicta sunt, præser- tim quod attinet ad locum mortis & sepulturæ. Secutus est (Gotsmannum) Gebehardus Episcopus, qui utinam aut nunquam Presul fieret, aut factus tam citò subtractus non esset. Tolerabilius enim esset tale bonū omnino nescisse, quam cognitum tam citò amisse. Hic patre Hartuigo, matre verò Biliza natus, Suevia oriundus extitit, & etiam regalem, ut ipse Henricus Imperator fatebatur, pro sapientiam ex parte attigit. Quam tamen arrogantiam, ut erat facetissimus, suauiter ille declinabat, dicens, se quidem claris satis ortum parentibus, sed nequaquam ad hanc dignitatem pertinentibus.

Hic verò hac occasione, imò, ut verius dicam, diuina hac ordinatione factus est Episcopus. Postquam Episcopatus no-
sterr ad petitionem memorati Brunonis Episcopi duobus in si-

Ll mul

mul Virzeburgensis datus est fratribus: Gebhardus Ratisponensis Episcopus, Regis patruus, postulare coepit, ut suacognationis gratia Chunoni Archiprposito suo daretur. Cuius petitioni benignus Augustus in tantum acquieuit, ut idem Prepositus de Episcopatu tam certus esse vellet, ut etiam quorundam clericorum seruitium quasi iam debitum non recusaret. Comperto autem Imperator, quod Presbyteri filius esset, cum penitus sibi Episcopatum dare noluisset, patruus eius in tantum coepit indignari, ut diceret non propter predicationem excusationem, sed magis propter sui despectionem hoc sibi denegari. Quam patrui suspicionem cum Cæsar excludere vellet, ut sciatus, inquit, me nihil erga vos, nisi quod bonum est, moliri, offerte mihi quemcunq; idoneum ex vestribus, hoc tantum excepto, & voluntatem vestram libenter adimplebo. Ad hec ille cum debitas egisset gratias, habeo, inquit, hic mecum inniorem quandam cognatum meum, cui si prefatum Episcopatum dederitis, deuotissimum me semper in omnibus habebitis. Tum ille, facite, inquit, illum ad nos venire. Quem adducetum Cæsar intuitus, valde, inquit, minor est, & ad hanc dignitatem vix idoneus satis. Deinde consultis super hac recessentibus Episcopis, & diuersis diuersa respondentibus, S. Bardo Moguntinus Archiepiscopus, subtus cucullam suam, ut solebat, collectus & tacitus, cum & ipse ad respondendum rogaretur, postquam sepius cum intuitus est, demissio vultus tandem ad Imperatorem ait: Domine bene potestis hanc sibi dare potestatem, quia aliquando dabitis sibi maiorem. Quod Rex admodum miratus, quid, inquit, pater dixisti, de futura datione maioris potestatis? At ille subridens, * & tam inquit in dicendo; Veruntamen ut dixi, bene potestis hunc sibi Episcopatum largiri. Quo Rex auditus, securus iam tanti viri testimonio, annulum sibi mox dedit cum baculo. Quod cum Pater eius N. audisset, magno, ut decuit, gaudio repletus, sciscitur statim,

* locus corruptus.

statim, quis esset huius Episcopi Patronus, Cui cū S. V. Villibaldus nominaretur, Papè, inquit, somnium meum me fecellit. Olim quippe somniabat, quod iste filius suus S. Petri pastor esse deberet. Sed nondum venit hora eius.

Posthac sublimatus Pontificali insula Dominus noster Geberhardus, licet iunior esset aetate, nihil tamen puerile gesit in opere, sed ita de virtute in virtutem certatim ascendit, ut inter omnes Regni Principes paucis inferior, multis vero esset superior. Denique inter ceteras virtutes specialem hanc habuit, quod in exercendis tam diuinis, quam humanis iudiciis, talis scientia, tantaque velocitatis extitit, ut iam neminem mortalium hac in re superiorem habuerit, paucis itaque annis interpositis, adoptatus a Casare est in administracionem publici regiminis. In quo actutam multiplici laude resplenduit, ut quod rarisimum est, inuidiam virtute superauerit. Vnde factum est ut exulante ad Vngariam Chunone duce, ipse ducatum Baioaricum ad tempus susciperet regendum. Quibus diebus, inter alia gloriose gesta, Schirenses latrocinii, ut hodie sunt, deditissimos, in tantum deuastauit, combusit ac contrivit, ut huius afflictionis tam perpes memoria, quam querimonia penes eosdem sit.

Eo tempore cum secundus a Rege esset, Rexque eum solo Regni solio praecederet; Cesar ipse aliquique multi veraciter credidere, prophetiam illam S. Bardonis de maiore potestate iam iam impletam esse. Sed neque adhuc venit hora, qua implenda erat haec sententia. Illis diebus S. Papa Leo Romanam rexLeo IX.xit Ecclesiam, qui iam secundus Imperatoria electione Apostolica sedi praefuit. Siquidem primus Suidegerus Babenbergerensis Episcopus extitit. Qui venerabilis Pater, ut pramisimus in libello Agnetis Imperatricis, propter hanc necessitatem ad Apostolica sedis assumptus est gubernationem. Cum antiqua Romanorum auaritia inter alia, etiam Apostolicam sedem

Ll 2 venalem

Vide Baron. To-
venalem faceret, & modò hunc, modò illum, nunc alium super
mo XI. anno M.
XLVII. & seqq. alium constitueret; gloriosus Imperator indignitatem rei non
ferens, cum magno exercitu Romam venit, & habita genera-
li Synodo duos simoniacos uno die abiecit, & tertium Catho-
licum Apostolicæ sedi imposuit, prædictum scilicet Suuigge-
rum Babenbergensem Episcopum, Clementem in Papatu vo-
catum. Qui eisdem Babenbergensibus hoc priuilegium dedit,
ut in summis festiuitatibus, tum ministri altaris, tum etiam
cateri seniores mitras habeant in capitibus.

Hoc Papa feliciter defuncto, & Babenberga in choro S. Pe-
tri, singulari fratrum deuotione, sepulto, successit beatus hic
de quo diximus Leo. Quia immensa clementia fuit, ut capi-
tialium criminū reis non nisi tres sextas ferias pro pænitentia
iniungeret, & cateramisericorditer indulgeret. Quodcum
familiares eius notarent, & simpliciores quos q̄ ad audendum
perpetrandumque facinus impunitate incitari dicerent; cle-
mentissimus Papa suauiter respondit, & tam vera, quam sim-
plici sententia murmurantes compescuit. Ait enim, non di-
spiceat vobis fratres, si ego peccator peccatoribus condescen-
do, imò dispiceat potius, quod peccantes gravius equidem,
quam ille, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in
ore eius, punio. Nusquam enim reperietis in toto Euangelio,
quod Dominus noster IESVS aliquem ieiuniis vel verberibus
affixerit. Sed pænitenti, vade ait, in pace, & amplius noli
peccare.

Hic contra Nortmannos pro pace Ecclesiastica bellum su-
cepit, & maximum sue partis detrimentum incurrit. Vnde
insolabiliter cōeristatus cottidie missam cantauit pro interfe-
ctorum animabus. Quod cum diu fecisset, tandem Angelus
Domini per visionem sibi astitit, & cur cottidianas pro de-
functis missas ageret interrogauit. Cui cùm ille respondisset,
quod iure hoc pro intersectis suis ficeret; Angelus ad hoc.
Noli,

Noli, inquit, pro defunctis cantare, potius, sancti tui Domini-
ne; quia pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum,
in illo prælio peremtorum. Quam missam postea cantauit pro
illis ad vitæ sue usque terminum.

Appropinquante autem tempore vocationis eius, vidit
in visione iuuenem quendam Papalibus vestibus indutum ac-
cedere ad se, tres calices in manibus portare. Cuius somnij in-
terpretationem mox exercefactus sic exposuit suis familia-
ribus, iuniorum quendam post se Papam futurum, & non nisi
tres annos viciturum, &c.

Leone ergo Papa non simpliciter defuncto, sed verè in
numero Sanctorum computato, Primates Romanorum Mo-
gontiam veniunt, Papam sibi ab Imperatore depositum, &
post longam deliberationem, nullum nisi nostrum Episcopum
Gebehardum accipere voluerunt. Quototis viribus renibus,
quanto plus oblatam dignitatē recusauit, tanto Romanorum
desiderium ad obtainendum eum prouocauit. Deniq; postquam
legatos suos, clam, ut putatur, Romam misit, qui eum ex in-
dustria flagitiis plurimis infamarent, & abominabilem Ro-
manis quoquo modo facerent; sed frustra: postquam etiam per
doctiores quoque, in quibus & noster Magister, sibi fauentia
quaque Canonum collegit capitula: Sed & hoc frustra, non est
enim, ut scriptura dicit, sapientia, non est prudentia, non est
consilium contra Dominum. Tandem Ratisponæ collectis uni-
uersis Regni primatibus, omni tergiuersatione deposita, cun-
ctam controuersiam breui quidem, sed notabili consummauit
sententia. En, inquit, ad Cæsarem, S. Petro totum me, hoc est,
corpore & anima contrado. & licet tanta sanctitatis sede me
indignissimum sciam, vestris tamen iusionibus obtempero,
eas cilicet pactione, ut & vos S. Petro reddatis, que sui iuris
sunt. Hac sponsione à benignissimo Imperatore suscepta, Ro-
mam hilariter venit, singulari deuotione suscepitus est in con-

Ll 3 secre-

secratione Victor appellatus est, tribus annis Apostolicam secundum glorioſiſime rexit, tantaq; inter ceteras virtutes, liberalitatis extitit, ut Romani non ſolum viuenti, verum etiam mortuo singularia laudum praeconia attribuerent, & memoria eius celebris habeatur. Interim non immemor pacti ſui, tum conſentiente, tum etiam in uito Imperatore, multos sancto Petro Episcopatus, multa etiam caſtella iniuste ablata, iuſte recepit, Romanamq; Eccleſiam multis honoribus ampliavit, ditanit, ſublimauit; & ſi diutius viuere licuiffet, fortaffe tale aliquod verbum incepiffet, quod ambae aliquorum aures tinnirent.

Post haec ab eodem Imperatore plurimiſis & accuratiſmis legationibus euocatus, Goflariam venit, & inaudita quidem ſuceptio ni gloria honoratus eſſet, niſi Deus, quam nulla haec ſibi forent, ardenter oſtenderet. In ipſo ſuceptio ni articulo, dum Regius apparatus cum exquifiſiſimis ornatibus obniam venienti procederet, tantus tamq; ſubitaneus imber ingruit, ut totus ille tantæ ambitionis ornatus, uſquequa dissipatus fit. Veruntamen ubi fugiendo potius, quam procedendo in monaſterium ventum eſt, magnificè ſuceptus eſt, ut Papam quidem decuit, non tamen ut Imperator voluit. Alias vero quam incomparabili apparatu tractatus fit, ſicut ſupramodum fuit ipſa in re, ita longum eſt referre, hoc tantum veritate ipſa non innidente licet dicere, nihil tam magnificum fuiffe, quo deuotionis ſuę multitudinem pro deſiderio ſuo poſſet oſtendere.

Paucis itaque interpoſitis diebus autumnali venatione, gratiſimo utique ſibi occupatus studio, in nemore Hart nuncupato, ultimam valetudinem incidit, & medicis deſperantibus, in granefcente infirmitate III. Non Octobris rebus terrenis Henrici III. regis exemptus, ad interminabilia cœleſtis Regni gaudia, ut Reg. Imper. II. verè credimus, eſt tranſtatus. Et quid ni credamus? Cū in-

ter

ter innumera virtutis & pietatis opera ad prime Catholicus fuerit, & in extremis suis ipsum Apostolicum sibi utique benignissimum, totq; venerabiles Episcopos, alios q; Sacerdotes presentes habuerit. Quibus & confessionem fecit, & à quibus indulgentiam accepit, quosq; deuotissimos pro se intercessores habuit. Quem verò ex aqua duntaxat & Spiritu sancto renatum, & in fide Catholica defunctam non saluarent tot, tantq; orationes & eleemosynæ, quæ diem sepulturae eius praesesse feruntur. Deportatus itaq; à Saxonia usque ad Rhenum Spira in Monasterio S. Mariae, iuxta patrem suum & matrem sepultus est XXIII. obitus sui die, quinto Kal. Nouemb. quo & natus est die, disponente hoc & egregio Papa, & Agneta Imperatrice, dudum Augusta, nunc vidua, ut quo die exiuit de utero carnis matris, eodem recondetur in gremium terræ communis, scilicet mortalium omnium matris.

His ita transactis, dispositisq; laudabiliter regni negotiis, Romanam heu nunquam reuersurus rediit, & apud Aricium Tusciae ciuitatem V. Kalend. Augusti immatura morte uitam finit presentem, & ad gloriam proiectus est indecentem.

Huius venerabile corpus, cum nostrates ad Eystettensem eparchiam perducere vellent, in via per dolum à Rauennatisibus inhumanissime spoliati sunt, & sepulto tam glorioso Papa foras muros Rauennatis urbis, in basilica S. Mariae, ad similitudinem Romanae Pantheon formatae, piissimo desolati Domino, summa onerati tristitia repatriare contèdunt. Quibus ex meridiana parte descendentibus, eadem hora septentrionalem partem, aperte Gundechariam designatus Episcopus descendit; & illis pro amissi lugentibus Domino, iste pro adepto latatus est Episcopio, &c.



XVIII.

XVIII. Gundekarus hoc nomi-
ne Secundus^{9.}

Gundekar Ecclesiam præsens modò dirigit ipsam qui ad Noticiam seu Indiculum Episcoporum Eystetensis ita præfatur. Gundekar peccator sanctæ Aureatensis Ecclesia non suis meritis, sed diuina ordinante clemencia octanus decimus Episcopus, hunc ordinem satis utiliter colligere, & ex propriis impensis conscribere fecit; & conscriptum ad altare S. VVillibaldi Christi confessoris, scilicet in eodem loco corporaliter quiescentis, & ad seruitium S. Saluatoris tradidit pro seipso & pro omnium debitorum suorum remedio, maximè autem pro antecessorum suorum Episcoporum refrigerio: pro quorum sacrareuerentia & condignamoria imagines eorum, & nomina, & tempus, quod in ordine Episcopali vinebant dies quod, discessione eorundem hic annotare curauit, ut & ipsi apud Dominum assiduis precibus illum adiuuare dignetur.

Alibi enumeratis breuiter omnibus Episcopis^{9.} subiungitur. Post istos autem eiusdē S. Aureatensis Ecclesia, Gundekar fratrū ultimus, sed tamen tunc temporis Domine Imperatricis Agnetis Capellanus, in hanc eadē sedem XIII. Kal. Septembris, subnotatis Episcopis præsentibus, Luitboldo Magunciacensi Archiepiscopo; Guntherio Babenbergensi Episcopo, Anselmo Lucensi Episcopo, Triburia eē annulo inuestitus, & IIII. Non. Octobr. istis autem subnotatis Episcopis præsentibus, Luitboldo Moguntino Archiepiscopo. Annone Coloniensi Archiepiscopo, Eberhardo Treuirensi Archiepiscopo, VVidone Mediolanensi Archiepiscopo, Gebhardo Ratisbonensi Episcopo, Adalberone VVirceburgensi Episcopo, Arnoldo VVormaciensi Episcopo, Chuonrado Spirensi, Hecilone Strasburgensi, Rumaldo Constantiensi, Dietmaro Curiensi, Dieterico VVirtunensi, Ermefrido Situnensi.

Vdal-

Fdalrico Papiensi, exceptis Abbatibus, & alio multo Clero,
virga pastorali sui ipsius Cleri, militiaeque, & etiam familie
communiaude & uoto Spiræ est honoratus, & XV I. Calend.
Nouembr. in sedem Episcopalem Dei gratia est inthroniza-
tus. In die autem S. Ioannis Apostoli plus ceteris Deo dilecti,
in loco, qui dicitur Pfolede, ad summum gradum prouectus
est Sacerdotij. Interfuit etiam sua consecrationi dominus eius
quartus Henricus Rex, & eius mater dilecta Agnes Impera-
trix eius Augusta, cuncta ad eius ordinationem necessaria di-
sponens pro Capellano, quasi deberet pro filio. Interfuit etiam
eidem consecrationi, dominus Hildebrandus sanctæ Romanae
& Apostolice sedis Cardinalis Subdiaconus, tunc temporis in
has partes ad Regem Henricum Apostolica legatione functus.
Insuper etiam affuere iam præfati Episcopi confratres frater-
num & benignum in ordinando præbentes auxilium, Luit-
boldus Mogontinus Archiepiscopus, Engelhardus Magade-
burgensis Archiepiscopus, Adalbertus Bremensis Archiepi-
scopus, Rumaldus Constantiensis Episcopus, Chuonradus Spi-
rensis, Cuntheri Babenberensis, Hecil Hiltenesheimensis.
Immeto Podelbrunnensis, Sizo Verdunensis, Bruno Misenen-
sis, VVoffo Merseburgensis, Anshelm Lucensis, Ermensfi-
dus Situnensis, & unus de regione, quæ dicitur * Bolani. * Polonia.

Quæ omnia idem Indiculus in hanc sumمام
coniicit: In designatione eiusdem Pontificis Gundekari ade-
rant IV. Episcopi: In susceptione virga pastoralis XIV. in or-
dinatione vero XIV. XIIII. Kalend Septembris erat designa-
tio. III. Nonas Octobris virga pastoralis susceptio. XVI. Ka-
lend. Nouembris inthronizatio. VI. Kalend. Ianuary Episco-
palis consecratio.

Ja margine hac annotantur. Anno M. XIX. Gun-
dechar peccator in festo S. Laurentij Martyris natus est. An-
no M. LVII. Episcopus electus est. Anno autem M. LVIII.

Mm

Episco-

*Episcopus ordinatus est, atate quippe XXVIII. anno.
rum.*

In eodem libro exstat Indiculus Altarium, Sacelorum & Ecclesiarum, quas Gundackarus consecravit, præfixo hoc proœmiolo. Hanc descriptionem Gundechar peccator, S. Aureatensis Ecclesiæ XVIII. Episcopus fieri præcepit, ut quisquis eam videat, has subnotatas Ecclesiæ simul & altaria ab illo consecrata esse cognoscat. Sunt autem Ecclesiæ & Capellæ (exceptis altaribus) quas variis in locis dedicauit numero C. XXVI. Qui certè commemorabilis & admirandus est numerus. Anno M. LXV. Augustæ dedicatur Ecclesia matricularis (cathedralis) inquit Chronica Augustensis, ab Embricone eiusdem sedis Episcopo, & à Gunzone (Gundekaro) Eichstettensi Episcopo. Eadem Chronica anno M. LXXI. Ecclesia, S. Afra, & S. Vdalrici ab Embricone Episcopo, & à Gunzone Archstettensi est consecrata. Intervuit Gundekarus Synodo Moguntinæ, quæ sub Sigefrido Archiepiscopo collecta est anno M. LXXI. contra Carolum Episcopum Constantiensem Simoniacum.

fa

Obiit Gundekarus anno M. LXXV. IV. Nonas, hoc est, secundo die Augusti: sepultus, ut ait Catalogus Bruschianus, in S. Ioannis abs se ædificato Sacello; non sine sanctitatis opinione, quam cum aliis virtutibus, tum præcipue Christianæ humilitatis studio sibi comparauerat. Quocirca, ut paulò antea vidisti & audisti, non nisi peccatorem se indigitabat: felix officio Sacellani, quo functus est apud Agnetem Imperatricem, feminam religiosissimam, & non boni filij optimam genitricem: felicior, quod viuendi finem fecit priusquam Henricus IV. Rex in aperatum schisma-

pro-

prorumperet, & Gregorio VII. legitimo Pontifici
palam se opponeret.

Post mortem miraculis sanctimoniam vitæ comprobauit, maximè anno salutis M. CCC. IX. Eiusmodi miraculorum Index describitur in continuatione libelli Gundackeriani, qui continet narrationem de curatis claudis, mutis, surdis, cœcis, energumenis seu à Dæmone obsessis, paralyticis, nephriticis, strumosis, mortuis vitæ redditis, & id genus aliis, quin & vi-
no, quo sacra lipsana abluta fuere, & oleo, quod inde manauit, multis salus obuenit: nam supradicto anno in Septembri exhumata sunt ossa Gundackari Pontificis, & ex loco, vbi minus decēter tumulata fuerant; ad aliud honorificentius sepulchrum translata, prius vino reuerenter lota. Cæterum antequam ossa secundo sepulchro inferrētur, oleum tam de ossibus, quam de superiore marmoreo lapide sepulchri visibiliter emanauit, inquit continuator. Quod Philippus Eystettensis Præsul duobus calicibus aliquando exceptit, & ad multorum medelam conseruavit. Idem olei flu-
xus repetitus est Feria I V. post Festum D. Michælis ab hora precum matutinarum usque ad tempus po-
meridianum; idque in locis distinctis marmorei faxi,
quo tumulus tegebatur..

Vino, quo sacræ Reliquiæ fuerunt ablute, hoc in-
ter cetera, miraculum patratum est; quod iisdem ver-
bis recitabo, quibus ab initio scriptum est: Henricus
famulus honorati viri Magistri Vdalrici Præpositi Spalten-
sis, cum quodam die Sabbati post festum Paschæ; nunc trans-
actum, nullam omnino corporis debilitatem sentiret, & sanus
denōcte se ad stratum suum deponeret, guttur ipsius adeo ma-
gnum tumorem & dolorem contraxit, quod in mane nec de-

lecto surgere, nec absque maxima difficultate loqui poterat. Cum q̄. Dominus Rudigerus viceplebanus pro quadam causa elatus vocatus, cum Eucharistia venisset ad eū, & ipse famulus cum multa sibi difficultate peccata sua confessus fuisset, timens idē plebanus, & alij, qui præsentes fuerunt, ne forsitan in breui ipsum contingere suffocari, ea celeritate, qua potuit, Sacramentum ei Eucharistia ministravit. Sequenti verò die videlicet feria secunda mane prædictus tumor in gutture ipsius adeo invaliduerat, quod idem famulus omnem loquendi potentiam impunitus amiserat, nec verba sua ab aliquo intelligi poterant, vel audiri, ita quod per solum capit is motum vel nutum suam insinuauit quodammodo voluntatem. Quod audiens ipse Praepositus de vino, in quo ossa gloriosi Pontificis Gundekari lota fuerunt, ad os ipsius fundi submodica quantitate mandauit, & statim ipse famulus quendam ex hoc dolorem pretendens, loqui cepit, per potum quem sumpserat, se omnino afferens liberatum. Et dum sibi per astantem familiam diceretur, quod de vino ablutionis S. Gundekari præsulis sumpsiisset, in continentium magna deuotione sepulchrum ipsius deinceps, quanto posset frequentius, se visitaturum promisit, & qui prius nec linguam mouere, nec se de lecto erigere poterat, cibum sibi dari petuit, & adhuc memoratum sepulchrum visitans, die crastino, hoc est feria tertia mane, sanus & incolmis ad exercendos labores consuetos accessit. Hoc ex quinquaginta sex Gundekari miraculis isto loco recitasse sufficiat.

Videtur autem Gundackarus memoriam mortis seriò coluisse; quandoquidem tam diligenter anno-tauit nomina Pontificum & Episcoporum, quotquot tempore Episcopatus sui in Imperio supremum diem clauerant. Exstat iste Catalogus in libro sæpe memorato hoc præfixo lemmate. Hæc sunt nomina Episcoporum semper in Christo sanctorum ac felicis memoria post no-

fram

¶ram ordinationem defunctorum; hoc est, ab anno Chri-
sti M. LVII. usque ad annum M. LXXV. Quem Ca-
talogum hic adscribere visum est in gratiam tanti An-
tistitis; & quia fortassis aliquid inde erui poterit, quod
ad temporis illius historiam spectet.

- | | |
|----------------------------|---------------------------|
| Stephanus Papa. | Megingo de Pola. |
| Nicolaus Papa. | Roitcher Taruisciensis. |
| Luitpoldus Moguntinus. | Adalbero Regiensis. |
| Arnolt VVormaciensis. | Adalman Prixiensis. |
| Chuno Spirensis. | Arnolt Reciensis. |
| Hezil Starzburgenis. | Penno Cumanus. |
| Heinricus Augustensis. | Pernhart Fercellensis. |
| Purchart Halberstatensis. | Ambrosius Pergamensis. |
| Sizo Verdunensis. | Penzo Adrianus. |
| Guntheri Babenbergensis. | Eberhart Treuirenensis. |
| Seuerus Pragensis. | Reginheri Misnenensis. |
| Peluinc Inuauensis. | Huc Vesuntinus Episcopus. |
| Gebhart Ratisponensis. | Vdalricus Papiensis. |
| Egilbertus Patauiensis. | Einhart Spirensis. |
| Engilhart Magdeburgenis. | Rabenger Aquileiensis. |
| VVoffo Mespurgensis. | Perenger Ofueburgensis. |
| VVinilheri Merseb. | Rumolt Constantiensis. |
| Rutpertus Monasteriensis. | Adalbero VVormaciensis. |
| Tancuart Brandenburgensis. | Vto Tullensis. |
| Brun Misnenensis. | VVolfram Taruisciensis. |
| Appulin Fræst. | Tietmar Curiensis. |
| Hatto Tridentinus. | Adalbero Veronensis. |
| Dietbolt Veronensis. | Petrus Asculensis. |
| Gotebolt Aquileiensis. | VVido Mediolanensis. |
| Pernhart Paduensis. | Heinricus Rauennensis. |
| VVolfram Bellunensis. | Kadelhohc Parmensis. |
| VValtolf Paduensis. | Adalbertus Premensis. |

Mm ; Bernge-

- Berngerus Basileensis. Hademar Polensis.
 Bonifacius Albanensis. Ratolfus Slesuigenensis.
 Petrus Damianus Cardinalis Lindegerus Vitentiensis.
 tituli ad S. Rufinam. Alexander Papa.
 Adalbero Metensis. Husuart Veronensis.
 Vdalger Tergestensis. Vdalricus Prixiensis.
 Perthold Abrutensis.

In eodem Pontificali texitur alius Index hacten
 tulo. Hac sunt nomina fratrum Canonicorum, nostra recordationis tempore defunctorum; in quo ponit ut etiam Imperator Conradus, Salicus nimirum, & vxore eius Gisela Imperatrix. Nec dubito Indicis huius Auctorem Gundakarum esse. Est & aliis Indiculus, cuius hoc lemma. Hac sunt nomina fratrum Canonicorum, qui ex congregatione Eystettensi, nostra recordationis tempore, effecti sunt Episcopi.

- | | |
|---|---------------------------|
| Leobardus Radburgensis. | Elisaeus Mantuanus. |
| Gebhardus Rauennenensis. | VWoffo Merseburgensis. |
| Goteboldus Aquileiensis. | Perengerus Osenbrugge- |
| Gebehardus, qui & Victor | sis. |
| Papa. | Gundechar Eistettenensis. |
| Burchardus Paduensis. | Purchardus Basileensis. |
| Erhardus Firmensis. | Heribertus Tergestensis. |
| Richolfus Tergestensis. | Pero Vincentiensis. |
| Pater Gundeckari Reginherus nominabatur, cuius obitus notatur in Necrologio ad X XI. Octobris, & ad diem X XI. Nouembris haec adscripta leguntur. | |
| Tuta soror Episcopi Gundeckari obiit. Sed incomptum mihi, num primi an secundi Gundeckari. | |

XIX. Vlricus siue Vdalricus I.

Nobilis Vlricus post hos virtutis amicus.

Electus

Electus anno Domini M. LXXV. Sedit annos XXIII.

Obiit anno Christi M. XCIX. XV. Kal. Decembr.

Interfuit Schismatico conciliabulo, quod anno M. Vide Apologiam
Schismatica pro
Henrico IV.

LXXXV. celebratum est Moguntiae, iussu Henrici IV. & Guiberti Antipapae, contra Gregorium VII. legitimum Pontificem; presidente Wezilone Archiepiscopo Moguntino, qui tamen postea à schismate pedem retulit, ad Catholicorum castra transgressus. Quod similiter de Vdalrie sentire licet, cum vitam in Episcopatu ad non paucos annos prorogari. Quo temporis spatio plurimi, relicta schismatis discordia, ad unitatem Catholicam sese receperunt.

Eodem anno M. LXXXV. habitus est conuentus in loco, quidicitur Gerlungen, ut ait Auctor Apologiae Schismatica pro Henrico IV. cui Vdalricum interfuisse, sit admodum verisimile. Alij, ut Urspergensis, locum huius conuentus Berbach, & quidem in Thuringia positum, appellant. Apud Dodechinum mendum irrepsisse oportet in hec verba. Anno M. XCIX. Conradus Eystettensis Episcopus obiit, pro quo Conradus constituitur. Nam Ulricus hoc anno vita decepit; nec Conradum, sed Eberhardum successorem accepit.

Sub hoc Episcopo transactio facta est cum Abbatissa Geisenfeldensi ob decimas in oppido Gamersheim, ut constat ex veteri Diplomate, ex antiquis membranis descripto. Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus scilicet & futuris, pactum, quod inter venerabilem Eichstettensis Ecclesie Episcopum & honorandam Friderunam Geisenfeldensem Abbatissam factum est. Tradidit namque eadem Abbatissa XII. hubas & dimidiam, in loco VVolfsbuch dicto, & VI. mancipia in eodem praedio consistentia, & insuper X. libras denariorum, per manum Aduocati

cati sui Heberhardi, in manum prae notati Episcopi Vdalici,
sui Aduocati Ernesti, pro decimatione ad suam Ecclesiam, qua
est in loco Gaimersheim dicto, pertinente; ea scilicet conditio-
ne, ut nullus deinceps successorum eius, potestatem habeat,
hanc eandem decimationem, eidem Abbatissa & sua Ecclesia
aufferre, aut huiusmodi concambium vello modo destruere aut
infirmare. Hoc etiam pactum eodem die confirmatum est, &
peractum, quo eadem Ecclesia à supradicto Episcopo dedica-
ta est. Facta sunt hac anno Dominicæ Incarnationis M.
LXXXVII. Indict. X. regnante IV. Henrico Imperatore,

* Vocat XIIIX.
quia excludit
s VVillibaldū.
Quo in cluso,
XLX. est.
tempore Vdalici sancte Eichstettensis Ecclesie * XVIII.
Episcopi, & Ernesti Aduocati. Huius pacti vtrig, testes per
aurestracti nobiles viri, Arbo de Hunefat, Diemar de Mec-
chenloch, Heinrich de Milenhart, Purchart de Raitenbuech,
VVernhere de Tann, Meginhart de VVangenbach, Gerunch
de Liuuensdorff, Ulrich de Boran, & alijs multi.

XX. Eberhardus.

Ulrico succedit Eberhardus, de quo versificator.

In vitiis tardus fuerat viuens Eberhardus.

Marchio à Schvveinfurto, ut inquit Bruschius, Otho-
nis Marchionis ac Sueorum Ducis apud Schvvein-
furtum residetis, ac Dominæ Petrißæ inclytæ à Wolff-
hartshausen Comitissæ filius. Electus anno Domini
M. LXXXVIII. Sedit annos XIII. Mortuus anno
M. C. XII. VIII. Idus Ianuarij, hoc est, ipso Epipha-
niæ festo. Interfuit Eberhardus celeberrimo & fre-
quentissimo illi conuentui, qui ex toto Imperio Mo-
guntiæ coactus est anno Redemptoris M. C. VI. vnus-
que fuit ex Legatis, qui communi principum decre-
to, Romam ad Pontificem mittebantur; et si scelere
Henricianorum Tridenti intercepti, eo quod tetende-
runt,

rant, non peruererunt. Qua de re audiamus Vrspersensis verba, tametsi pluscula; non tamen à proposito nostro diuertentia.

Anno Domini M. C. VI. mediante Heinrico iuniore, tantus apud Moguntiam factus est in natali Dominico totius regni Teutonici conuentus, quantus per multa annorum curricula nunquam est visus. Referunt enim qui aderant, LII. ibi tunc optimates, vel eo amplius affuisse, adeo, ut solus Dux Saxonia Magnus nomine, quam iam grauior atas impedi-
bat, notaretur defuisse. Ibi superuenientes Apostolicae sedis le-
gati, Episcopus scilicet Albanus cum Constantiensi, senten-
tiā anathematis in Henricum seniorem, dictum Imperato-
rem, à tot sibi succedentibus Apostolicis sapius sapiusq; pro-
mulgatam, scriptis, simul & dictis testificantes, uniuersam
multitudinem, immo totam toto orbe diffusam Ecclesiam, ab
eius communione, Christi & B. Petri authoritate, multis iam
annis sequestratum, confirmabant. Qua de caussa, dum ipse
se de Castello, quo manebat, Mogonciacam exhibere tentaret,
Principes propter caendum tumultū vulgi, suæ potius, quām
filij partis fauere solētis, ipsi Ingelheim occurrerunt: tandem
que circumuenientes consilio, usque ad reatus confessionem,
satisfactionisq; professionem perducunt. Cui cùm Legati com-
munionem seu pænitentiae modum absq; generalis Synodi, &
Apostolicae discussionis censura reddere ad præsens nō possent,
ipse partis utriusque consiliis annuens, regalia vel Imperialia
insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum atque
coronam filij potestati tradidit, prospera illi imprecans, illum
primatibus multo fletu commendans, & extunc iuxta sum-
mi Sacerdotis, totiusq; Ecclesiæ decreta, suæ consulturum ani-
ma promisit. Hoc ordine Henricus illius nominis quintus, pri-
mum à Patre, deinde ab uniuersis Germania Principibus, in
Regem iam secundo electus, ab Apostolicis quoque legatis, per

Nn

manus

manus impositionem Catholice confirmatus, acceptistam ab Episcopis, quam laicis, iuxta morem patriæ, sacramentis, regnare cœpit LXXXVIII. loco ab Augusto, quinagesimo patris sui anno; ab urbe condita D. CCC. LVII. anno ab origine mundi VI. CCC. V. Dominice vero incarnationis, ut dictum est, M. C. VI.

Relatis igitur coram Rege, cunctisque totius Germanie optimatibus & præsulibus, omnique Clero simul & populo legationibus Romana Sedis, Ecclesiarum regni istius communicatione diuersa & inuenientata, è contraemendatione ab universis unanimiter promissa, placuit tam regi, quam primoribus ad sanctam matrem Romanam Ecclesiam, tantos actales à partibus istis legatos transmitti, qui & de obiectis ritè rationem reddere, & de incertis sagaciter inuestigare, ac per omnia utilitatibus Ecclesiasticis sapienter consulere sint idonei. Separantur in hoc opus viri spiritu sapientiae pleni, dignitatis, natalibus & elegantia, seu dinitus precipui, in illaq; secundum Deum siue seculum veneratione insigne, à Lotharingia Bruno Treuerensis, à Saxonia Heinricus Magdeburgensis, à Francia Otto Babenburgensis, à Baioaria Eberhardus Eichstättensis, ab Alemannia Geberhardus Constantiensis, à Burgundia Curicensis, nonnulli etiam nobiles de latere Regis Laica professionis, id q; inter cetera suscipiunt in mandatis, ut si fieri possit, Domini Apostolici præsentiam, Cisalpinis partibus impetrant exhiberi. Sic nimirum, sic per tot iam annos obnubilata lux oriri cœpit, nostris in partibus, orthodoxa: depuplicatur & ventilatur, deiudicatur, & conuincitur; sætet & respuitur, condemnatur, & anathematizatur heresis V Vigbertina, vel Henriciana; abdicatis, siue fugatis heretib; Catholici cathedralis Pontificalibus destinantur, è quibus etiam aliqui inter ipsa festa consecrantur.

Denique in tantum diuina legis subito zelus efforbuit, ut
etiam

etiam ipsa caduera Pseudoepiscoporum ab Ecclesiis eliminarentur, quotquot autem ab ipsis erant ordinati, usque ad generalē audientiam ab officiis suspenderentur. Iam enim exaltatis sibi diuinitus Ecclesia Romana cornibus, ad incutendum timorem, cunctis usquequaque schismatum membris, etiam capitis ipsius ossa Vigberti scilicet dicti Pape, de sepulchro, quod per quinque iam annos in Ecclesia Rauennensi possederat, proiici fecerat, uniuersaque eius instituta, ut verè non Apostolicisacerdotis, sed Apostatici inuasoris annullari decreuerat.

Inter hac VVernherus quidam, ex ordine ministerialium Regis, qui Marchæ, qua in partibus Aquina, præserat, quasi heresim eandem resuscitaturus, collectis undecunque per Italię copiis, corruptis quoque multa pecunia Romanis nonnullis, dum Dominus Apostolicus Beneuentanis immoratur finibus, quendam Pseudoabbatem de Fafara, prob nefas, cathedra S. Petri imposuit, & ipsum Papam Cesaris sub vocabulo Sylvestri appellari voluit, qui tamen post paululum turpiter, ut merebatur à Catholicis eliminatus, vesania sua præmium, male conquisiti, peiusque dispersiæris retulit, damnum prater fidei, quod miserunt, caco non doluit corde dispendum.

Porro proceres iam dicti, dum è suis singuli partibus in valle Tridentina conuenientes, apud eiusdem nominis ciuitatem, id est, Tridentum pernoctarent, quidam Adalbertus adolescentis, partium illarum quodam insignis comitatu, summo mane super ipsos, uspote inermes & peregrinos, conciubibus armatis irruit, spoliat, capit, custodia tradit, idque sibi per legationes Domini sui Heinrici ex imperatoris demadatum comprobat. Arribus quippe solitis, idem Heinricus usus, clamque religiosis, epistolis, nuncis, quascunque poterat, regni ciuitates & provincias impleuerat, quibus se vim a principibus passum, immo ab unico filio depulsum imperio, deplorabat regnum

in suis miseriis confusum, cunctis usque quaque patribus eiusdem fortuna timendum fore prae monebat exemplum. Quia de causa nullus iam per Italiā liber transitus eisdem patuit legatis. Gebhardus tantum Constantiensis Episcopus cum suis per occultiores alpium semitas ingressus Mathildis comitisse, alterius nimirum Debora, Presidis, Apostolicis presentantur vestigiis. Reliqui, ut diximus, magnates, ut nimirum a stultissimo captiuatore deprehensi indignè tractantur, prater Ottonem Babenbergensem Episcopum: cui idem Adalbertus, eo quod esset suus miles, parcere cogebatur. Quo etiam mediante Bruno Treuirense Episcopus, & Vigbertus Comes eo pacto dimittuntur, quatenus & imperatorem cum illo pacem facturi, conueniant, & quid idem reliquias ipse præcipiat, relaturi redeant. At Iesus, qui semper prope est omnibus se inuocantibus, & his iuxta qui tribulato sunt corde, repente super eosdem sibi rebelles, Velphonem ducem Noricum, quasi gladium de vagina sua eduxit, qui tertia superueniens die, manu valida* clausas obstructas effregit. Gebehardum virum probatum Tridentinæ Ecclesia constitutum à Rege Catholico nouum Episcopum, quem nunquam se suscepuros ciues ipsi conspirauerant, recipi coegerit, ipsum quoque Adelbertum, suiq; sceleris complices adeo perterrituit, ut eductos, quos clauerant Principes, ipsumq; Castellum novo Episcopo redderent, ipsi insuper nudipedes, ab his quos affixerunt, veniam postularent.

XXI. Vdalricus II.

Vlrico cura fuerat disponere iura.
 Præfuit Episcopatuī annis X III. Excessit ex mortaliū numero, anno M. C. X X V. III. Nonas Septembris. Quo anno saeva pestis plurimos sustulit, & in his etiam Vdalricum Antistitem; de qua Urspergensis Chroni-

Chronico. Hoc anno nonnullos ex nobilitate, una cum in numero a multitudine vulgarium mortalitas absumpit. Inter quos Vdalricum Eihstattensem, ac Ruoggerum VVirziburgensem, Arnoldum quoque Comitis Arnoldi filium, bona indolis adolescentem, pluresq; alios sors ultima presit. Nam post vulgi stragem immensam tam fame, quam pestilentia, iudicio diuino, parata lues tanta, tamq; indifferens per populos ubique grassari cœpit, ut nulli conditioni, sexui vel atati parcendum fore mors minitaretur pallida: vixq; viui sufficerent ad curanda defungentium cadavera.

XXII. Gebhardus hoc nomine Secundus.

Quando viuebat Gebehart in iure vigebat.

Ex nobilissima Comitum Hirsbergensium familia. Electus anno M. C. XXV. Sedit annos XXIV. Mortuus M. C. XLIX. XVI. Kalend. Aprilis. Habuit germanum fratrem Comitem Hirsbergensem Ernestum, inquit Bruschius, qui anno Domini M. C. XXXIX. pietatis Christiana Zelo construxit ac fundauit Blanckenstetensem Benedictinorum Abbatiam insignem. Gebhardus iste ex Prepositura Heidenheimensi iterum Benedictinam Abbatiam fecit, electis cum consensu Pontificis Maximi Eugenij tertij, Sacerdotibus, qui aliquandiu sub Preposito non admodum religiosè ibi vixissent. Restamen caruit felici successu usque ad Conradum Episcopum, ut liquet ex commentariolo Adelberti Abbatis Heidenheimensis de hoc ipso negotio.

Interfuit Gebhardus Synodo Rhemensi anno Domini M. C. XLVII. contra delirum quendam hæreticum Eum seu Eonem celebratæ, præsidente Eugenio III. Pontif. Maximo. Adfuit idem Præsul Mo-

N^a 3 guntiæ

guntinæ Synodoin causa Brunonis Episcopi Argentoratensis, ut scribit Dodechinus, qui licet Gebhardum non nominet, nominat tam ea Episcopum Eystettensem, qui anno M. C. X X X I. alias non erat, quam iste Gebhardus'.

Hoc Episcopo Willibaldinam cathedralm moderante discussa est causa Ellenhardi Episcopi Frisingensis, qui etiam post funera accusabatur, ut schismaticus. Cuitamen ceu innocentia, hoc testimonium datum est.

* Lutzen

Anno Dominice incarnationis millesimo centesimo vi-
gesimo nono, primo Kalend. Augusti, collectis apud* Lutzen
quam pluribus Salzburgensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pa-
tavienensis, Aistetensis Ecclesiarum Clericis, religiosis, & lite-
ratis, insuper Abbatibus, & Monachis, & non modico Prin-
cipum ac populorum collegio; coram Archiepiscopo Salzbur-
gensi Conrado, & Reginberto Brixiensi Episcopo. Inter cete-
ra, causa Ellenhardi Frisingensis Episcopi, iam dudum ante
annos quinquaginta duos feliciter viam uniuersam carnis in-
gressi, ventilata est. Quia hoc ipso tempore Gregorij VII. qui
& Hildebrandus, sub heresi VVicertina quibusdam defunctus
esse putabatur, a prefato Metropolitano sedis Archiepiscopo,
plus annos quinquaginta duos, quibus sine reclamatione ca-
nonica, tam mortuis quam viuis verè Catholicus est habitus,
irrationabiliter est impeitus; cum utique duobus annis prius
ipse de mundo excesserit, quam VVicertus Heresiarcha Ro-
mane sedis cathedralm inuaserit. Sed beati viri meritis ex-
gentibus, probabili septem probabilem virorum testimonio,
canonicè excusatus, imò meritorum prerogativa, & miracu-
lorum attestatione, venerabilis semper inuentus; reueren-
tiam, quam apud Dominum & homines dudum viuens eme-
ravit, etiam mortuus, Domino propitiante, irrefragabiliter
obtinuit.

Pro-

Probatum est itaque legitimo ac Canonicō Rudolfi Abatis Aistettensis testimonio, Diethmari S. Andree Decani, Hannonis Presbyteri, Chuponis Parochiani, Richeri Presbyteri de Glane, caterarumq; venerabilium personarum, quod Venerabilis idem Episcopus, in gratia sedis Apostolicae, & communione matris Ecclesie indubitanter obierit; ne ergo dignata rei memoria, vlla posteriorum obliuione deleatur, placuit, ut huius comprobacionis notitia, per literarum indicia posteris nostris transmittatur.

Acta sunt hæc presentibus subscriptis testibus, & aliis quampluribus. Abbas Salzburgensis Paldricus, Abbas Scientensis Guntherus, Praepositus Salzburgensis Hermannus, Praepositus Chimesensis Hartmannus, Praepositus de Perchteres Kademan liberinus, Praepositus de Garze Hugo, Praepositus de Gne Heribertus, Praepositus de Cella Burchardus, Tagibertus Praepositus de Verda, Archidiaconus Pataniensis Rubertus, Praepositus Aistettensis Burchardus, Vernherus Canonicus Ratisponensis, Frisingenses Canonici, Adalpero Praepositus, Adalpertus Decanus, Wichmannus Praepositus S. Andree, Henricus Scholasticus ac Praepositus S. Viti, Henricus Praepositus S. Castuli, Hoholdus Praepositus S. Zenonis, Valtherus Tridentinus Praepositus.

Descriptum est hoc testimonium ex antiquissimo exemplari ab admodum Reuerendo Domino Andrea Scherer S. Andreæ Montis Frisingensis meritissimo & dignissimo Decano.

Interfuit tamen Ellenhardus Schismatico conciliabulo Wormaciæ celebrato, in quo inaudita & detestabili impietate Gregorius VII. Pont. Max. depositus est; & subscriptis quoque, quia ut Lambertus scribit in suo Chronicō, omnes subscripterunt, præter Hermannum Metensem & Adalberonem Wirzburghensem

gensēm Episcopos. Eodem tamen anno ab Episcopis
Ultramontanis (inter quos numerabatur quoque El-
lenhardus,) literæ ad Pontificem Gregorium missæ
sunt, in quibus confitebant se errasse, & nimium deliqui-
se, qui postulabant quoque veniam, & omnem de cetero obe-
dientiam firmiter sp̄o ponderunt, ut ex vita Gregorij Pon-
tif. recitat Baronius Tomo XI. anno M. LXXVI.
N. 22. Ellenhardus anno M. LIII. Frisingensis Præsol
factus est. Defunctus anno M. LXXVII. postquam
XXV. annos Ecclesiæ illi præfuisset. Obiit ergo ante
Wiberti Antipapæ intrusionem, quæ biennio demū
pōst, nempe anno M. LXXX. contigit.

XXIII. Burckhardus.

*Non virtutis egens Burckhardus, erat bene degens.
Qui sedit años IV. Episcopatu se abdicavit anno Chri-
sti M. C. LIII. Quem Bruschianus Catalogus, tanquā
ignavum & hominem nauci, valde infamat: prædi-
ctoque versiculo subiungit istos.*

Dedecus Ecclesiæ fuit esse sua.

Præsolis hic morem nullum tenuit neq; honorem.

Sed tantum nomen cuius & umbra fuit.

In manuscripto nostro, præter primum versum, dul-
lus alius comparet. Malè tamen audit Burckhardus
iste, etiam in Commentariolo Adelberti; & in eum,
tanquam in auctorem, coniicitur omnis fermè culpa
turbarum & seditionum, quæ in Monasterio Heiden-
heimensi exstiterunt, quòd decreto Eugenij Pontifi-
cis sacerdotes Canonici inde migrare, & antiquis in-
quilinis Ordinis diui Benedicti cedere iussi essent.
Vide Adelbertum, libro secundo Observat. inser-
tum.

XXIV.

XXIV. Conradus.

Conrado tota lex iuris erat bene nota.

Sedit annos X VIII. Obiit anno M. C. L XXI. Idibus Ianuarij. Fundator Monasterij Rebdorffensis non procul Eichstadio ad Altimülam seu Almonem fluum, vbi etiam sepulturam accepit. Dicitur fuisse ex nobili familia à Morsbach; Abbas primùm Wildbergensis, Friderico Barbarossæ per quam charus & gratus, in cuius comitatu fuit, cum expeditionem in Italiam susciperet anno Domini M. C. LVIII.

Iste Conradus Eugenij III. Pontificis Max. de Monachis Heidenheimium reducendis decretum efficaciter exsequens, transactum dedit, quod vel improbitas, vel socordia, vel utraque prius impedierat. Quapropter promeritas laudes ab Adelberto refert.

XXV. Egilolphus.

Post hos Dux gentis Egelolph fuit Aureatensis.

Præfuit vndeциm annos, & anno M. C. L XXXII. (Bruschius uno anno minus) insula & omni potestate Episcopali sponte sua se abdicauit, propter amissam loquendi facultatem, & manus dexteræ paralysiu.

XXVI. Otho.

Otto sua & vita deduxit temporaritè.

Sedit annis XIII. Mortuus anno M. C. XCVI. Interfuit translationi S. Vdalrici, Episcopi Augustani, ut dicitur in Chronico Augustano, quod D. Ioannes Pistorius publicavit. Construxit & consecravit anno salutis M. C. L XXXVIII. Capellam in honorem Re-

Oo sur-

surrectionis Christi, & S. Mariæ Magdalenaæ, cuius altare eximiis Sanctorum Reliquiis instruxit, parte etiam dono accepta ab Vdalschalco, Episcopo Augustano.

XXVII. Hertvicus seu Her- douicus².

*Herunicus vitam duxit virtute politam
Addit Bruschianus Catalogus.*

Mente Deo gratus præclara stirpeq; natus.

Hic in manuscripto Codice Othoni successisse dicitur anno M. C. XCV. Id si verum esset, non subsisteret quod tradit Bruschius de morte Othonis anno M. C. XCVI. Additur de eodem Hervvico in eodem Codice. Post hos Hertunicus Germanus Comitis de Salzbach (alij faciunt Comitem Hirsbergensem) maior Prepositus ibidem succedens, qui gloriose regnauit XXVII annis. Mortuus anno M. CC. XXXIII. sub Imperatore Friderico, & Henrico Rege filio eius. obiit V. I. Nonas Maij. Est hic ille, de quo Vrspergensis anno M. CC. V. Huic (Conrado Herbiopolensi Episcopo) in officio Cancellarij succedit Episcopus Eychstettensis, frater Comitis de Tollenstein. Quo tamen breui ab eo officio pulso, Episcopo Ratisbonensi illud est collatum. Anno autem M. CC. V. cathedralm S. Willibaldi tenebat Hertvicus siue Hartvicus; quem Vrspergensis ex Comitum de Tollenstein familia dicit.

XXIX. Fridericus Primus hu- ius nominis³.

*Hinc fuit electus Fridericus in ordinem rectus.
Ex familia de Houenstat seu Havvenstat. Præfuit annos duos. Obiit anno M. CC. XXVI.*

XXIX.

XXIX. Henricus I.

Henricus paucis bona fecit multa sub annis.

Tenuit Episcopatū annostres & duos menses. Mortuus extinctus M. CC. XXIX. IV. Idus Ianuarij. Progenitus ex nobili familia à Zippelingen. De hoc Præsule Vrpergensis in Chronicō Anno Domini M. CC. XXVI. Ecclesia Vrpergensis pro ducentis Marcis, quas B. Præpositus pro liberatione Ecclesiae persoluit, ab Alberto de Nienburg redimitur, & fidem Henrici Regis datam in manu bone memoria Henrici de Zupplingen tunc Episcopi Eystettensis accepit. Interfuit Straubingae cum plurimis aliis Principibus tam sacerularibus, quam Ecclesiasticis, nuptiis, quas Ludouicus Dux, filio suo Othoni splendidissime apparauerat, teste Auentino lib. 7.

XXX. Henricus II. hoc nomine.

Vix fuit Henrico similis virtutis amico.

Oriundus ex nobili familia de Tischingen, sedit annos quinque minus tribus mensibus. Obiit anno M. CC. XXXIV. XI. Kalend. Iulij.

XXXI. Henricus III. hoc nomine.

Henricus siquidem patri successit eidem.

Dictus à Rauensperg. Tenuit cathedram Willibaldinam annis sex. Mortuus M. CC. XXXVII. III. Kalend. Iulij. Quocirca mendum irrepisse oportet in Chronicam Augustensem, vbi dicitur, Henricus Eystettensis Episcopus interfuisse, quando Ulricus I. Laquantinensis Episcopus consecratus est anno salutis M. CC. XXXVIII. Nam hoc anno non Henricus, sed successor eius Fridericus gregi Willibaldino iura dabat.

Oo 2 XXXII

ne
to
Isle Henricus consecravit
anno summi 1233. X. Kalend.
Octobris Templo 5. Mauricij
Ingolstadij, ut notat Hunc, ut
in metropoli
Finis libri primi.

DE EPISCOPIS EY
STETTENSIBUS

LIBER SECUNDUS.

XXXII. Fridericus Secundus
hoc nomine.

Est hunc non modicus in iure sequens Fridericus.

Fuit Iurisperitus, inquit M. S. Codex. Eam ob causam à Bruschio eximie doctus & sapientissimus audit: ortus ex nobili familia de Parsberg. Sedit annos nouem. Mortuus anno M. CC. XLVI. IV. Kalend. Iulij. Habet hic Fridericus cum Gebehardo Comite Hirsbergensi controversias quasdam de Iurisdictione in ciuitate Eychstettensi, & de quorundam locorum redditibus & annuis vecgalibus. Quælis anno Domini M. CC. XLV. X V. Kalendas Augusti per varios arbitros ad hanc caussam cognoscendam delectos, sopita est; tam Episcopo, quam Comite id, quod arbitri definierant laudantibus, comprobantibus, & proprij sigilliauctoritate confirmantibus'. Interfuit Concilio Moguntino, quod anno Christi M. CC. XLIII. sub Sigefrido, III. seu Iuniore Archiepiscopo, celebratum est; ibique priuilegia à S. Bonifacio Ecclesiæ Eystettensi concessa fortiter defendit; inter cætera etiam illud de primo loco post Archiepiscopum, ante omnes alios Suffraganeos, Episcopis Eystettensis debito. De qua controversia plura in obseruacionibus'.

XXXIII. Henricus hoc nomine Quartus'.

Henricus morum flos labore carens vitiiorum.

Dictus de Wirtenberg, sedit annos XII. minus quatuor mensibus. Abiit ad superos anno M. CC. LIX. III. Idus Maij. Transtulit hic Episcopus Reliquias' S. Willibaldi anno M. CC. LVI. De qua translatione, præter

præter illa, quæ Philippus memorat, hæc etiam ex codice manuscripto accipe.

Anno Domini M. C. C. LVI. IV. Idus Junij. S. VVillibaldus cum temporibus multis & annis in crypta esset honorificè saro of agatus, his vero temporibus personis religiosis & discretis sexus tam masculini, quam fæminini, sapientius per diuinam visum est revelationem, quod ab eo loco, in quo reconditus erat B. VVillibaldus, deberet transferri, & in alio loco locari, propter quasdam enormitates, quæ à stultis ibidem sapientius attentari solebant. Super quo Dominus Episcopus, qui tunc Eystettensem sedem regebat, & Prælati & Canonici eiusdem loci, sapientius consulti, à viris multum discretis ac religiosis, super tanto ac celebri negotio; magno prahabito consilio virorum religiosorum, quorum consilium in hoc resedit, ut de crypta tolleretur, & ad medium monasterij transferretur, & ibidem honorificè locaretur. Dominus vero Episcopus hoc consilium tam salubre, in honore S. VVillibaldi per plures prouincias indici fecit, & manifestari in octaua Pentecostes eiusdem anni, tanti Confessoris translationem. Eodem vero termino anno videlicet Domini M. C. C. LVI. IV. Idus Junij, Dominus Episcopus Heinricus dictus de VVirtenberck, eiusdem loci, qui erat tricesimus tertius à S. VVillibaldo, nec non Dominus Syboto Episcopus Augustensis, uniuersis Prælatis & Clericis Eystettensis diaœcis eis cooperantibus, luceiente die propter pressuram hominum hymnis & canticis, deusto animo in cryptam cum cappis, infinitisq; luminibus ad sepulchrum Confessoris egregi processerunt, & ibidem inuentus vir Deo charus, de eodem loco, mœrore maximo & fletu, diuina gratia consentiente, & bona voluntate B. VVillibaldi accidente, translatus est, & super altare maius in choro B. Mariae Virginis, in sarcophago benè deaurato, ut à superuenientibus videri posset, & eis in salutem ea die positus est. Ea vero die, quia Dominica,

translatio per plures Provincias erat manifestata, causa de-
notionis Eystet multiconfluxerunt. S. Valpurgis de Mayn-
heim per conuentum eiusdem loci, & S. Confessor VVunebal-
dus, per Abbatem & conuentum eiusdem etiam loci, Eystet
honorifice, & magna denotione ob honorem B. VVillibaldi,
ipsorum Germani, ut suæ adessent translationi, cum magna
multitudine hominum hymnis & canticis conuenerunt. Ecce
quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum;
quod illa die bene habuit locum.

Hac tenuis Manuscriptus codex, ubi vides etiam Reliquias S. Walpurgis Monheimio, & lipsana S. Wu-
nibaldi Heidenheimio, maioris celebritatis ergo, ad-
ducta fuisse, illas sanctimonialibus Monheimensibus;
ista Monachis Heidenheimensibus solenniter deduc-
centibus, non sine ingenti populorum accusu. Re-
eens et postea Codex, quæ in translatione Willibaldi-
na Deus per sacras illas exuvias patrari; quorum ple-
raque iam à Philippo enumerata audiuiimus. Addi-
tum.

Dies translationis S. VVillibaldi de crypta ad Monaste-
rium semper in octaua Pentecostes in perpetuum in diacess
Eystettensi debet celebrari. Vnde fratres charissimi, in mente
habere debet gratiam, quam Dominus Deus ostendit & con-
cessit Ecclesia Eystettensi, in honorem eius genitricis & san-
cti VVillibaldi, & propter hoc gratias agatis nostro Redem-
ptori die ac nocte. Acta sunt hac post obitum S. VVillibaldi
annis CCCC. LXXV. peractis; demum pafatus Dominus
Heinricus Episcopus, post dictam translationem vixit annis
tribus.

In Calendario Pontificali hæc ad IV. Idus Iunij
annotantur. Anno Domini M. C C L VI. IV. Idus Iunij
S. VVillibaldus de crypta translatus est, & sub magna custodia
habi-

habitus, & omni die Magnatibus terra & superuenientibus ostensus est, donec III. Idus Octobris in Monasterio sarcophagatus, (sepultus) est. Quare etiam ad XIII. diem Octobris hæc adscribuntur. S. Willibaldus anno M. CC. LVI. in Monasterio sarcophagatus est; & quidem in medio Monasterij, ut habet Relatio de Translatione S. Willibaldi. Per Monasterium autem intelligitur templum cathedralis seu primarium. Nam quæ nunc cathedrales Ecclesiæ dicuntur, olim Monasteria vocantur. Hinc Germanis Münster, ut iam alibi diximus.

XXXIV. Engelhardus.

Et Engelhardus rectis celer, ad mala tardus.

Hic Chorū S. Willibaldi construere aggressus est, in honore eiusdem S. Willibaldi, sed non compleuit, quia solum sedit in Episcopatu per duos annos, ut ait Relatio de Translatione S. Willibaldi; subscriptio imaginis addit: Minus uno mense. Mortuus in Concilio Moguntino, anno Virginei partus M. C C. L XI. cui Synodo præsedit Wernerus Archiepiscopus Moguntinus. Vide Serarium lib. I. Mogunt. rerum cap. 33.

XXXV. Hiltbrandus.

Cunctis Hiltbrandus gratus fuit & venerandus.

Fuit de Mern, liber a conditionis, inquit M. S. Codex, qui chorum occidentalem seu S. Willibaldi compleuit, & in eo duos Capellanos instituit. & completo eodem choro, S. Willibaldum III. Idus Octobris translatis, magnacum solennitate, & in supremo altaris maioris eiusdem chori, S. Willibaldum inclusit, & chorū S. Willibaldi ordinavit in perpetuum nominari, ubi diuinæ clementia per ipsum multa quotidie miracula operatur. Vide Philippum in S. Willibaldi vita. Inter-

fuic



fuitiste Presul Comitiis Auguste Vindelicorū sub Rudolpho I. Imp. celebratis anno gratiæ M. C. C. LXXV.
Sedit annis X VIII. Mortuus in profecto Annunciationis B. Virginis, anno M. C. C. LXXIX. sepultus in
medio choro S. Willibaldi, ut inquit Bruschianus Catalogus.

XXXVI. Reymboto.

Rimboto flos Cleri, decus orbis, regula veri.

Sedit annos XVIII. Obiit anno M. C. C. XCVII. VI.
Kal. Septembris, ut præter M. S. Codicem testantur.
Stero & Henricus Rebdorffensis in Annalibus. Fuit ex
nobili familia de Mülenhart, corporis staturā eximia,
& aspectu adeo grato, ut aspicientes in suam admiratio-
nem primo statim intuitu raperet. Scientiæ libera-
lieris non expers; iustus in opere, verax in sermone, con-
stans in mente, deuotus in oratione, modestus in verbis, moro-
sus in factis, castus in corpore, sincerus in corde, in dispensatio-
ne prouidus, in conuersatione matus, liberalis, hilarius, ho-
spitalis, affabilis, tractabilis, tutor pudicitie, & incontinen-
tia persecutor. Humilitatem seruans in prosperis, & patien-
tiam in aduersis. Per has igitur, & alias, quas habuit virtu-
tes, dum à Deo diligenter & hominibus, per Ecclesiam &
diæcensem suam Ecclesiasticam ampliavit honorem & vitam,
& conuersationem subdit orum in melius reformatum. Præ-
rea gloriosus ille Pontifex nō solum in spiritualibus, sed etiam
in temporalibus, commissam sibi Ecclesiam salubriter guber-
nauit. Nam inter notas probi probatiq; Episcopi po-
strema non est, ut rei œconomicæ siue familiaris cu-
ram curæ cordique habeat.

Interfuit Reymboto comitiis à Rudolpho Hab-
spurgico Erphordiæ celebratis anno M. C. C. XC. ut
conti-

continuator Lamberti scribit, nam prædicto anno nullus nisi Reimbotto cathedralm Willibaldinam regebat. Idem præsens fuit Synodo quam Aschaffenburgi collegit Gerardus, Archiepiscopus Moguntinus, anno M. CC. XCII. ut est apud Trithemium, in Chronico Sponheimensi. De eodem præsule Kalendarium seu Necrologium ad XXVII. diem Augusti, comparauit duo castra VVerdenfels & Abenberg cum eorum attinentiis. Instituit item haberi plenum officium diebus Sabbati de B. Virgine. Imò Spaltam quoq; oppidum Episcopatui adiecit; & duobus aliis Sacellanis Chorum siue Basilicam S. Willibaldia auxit.

XXXVII. Conradus hoc nomine Secundus.

Conradus vitat scelus, Ecclesiam quoque ditat.

Mortuus est Rembotto Eystettenensis Episcopus anno M. CC. XCII. inquit Henricus Stero, cui succedit Dominus Conradus dictus pfeffenhausen Ratisbonensis Ecclesiae Canonicus & Archidiaconus, vir multa industria & sagacitatis. Electus est III. Nonas Septembris anno prædicto; in Commemoratione animarum confirmatus, & in vigilia B. Martini, quæ illo anno incidit in Dominicam, solenniter Moguntiae consecratus à Gerardo Epensteinio, Archiepiscopo Moguntino. Sedit annos VII. & VIII. menses, minus duabus diebus. Obiit in Monasterio Heilsbrunnen si anno Redemptoris M. CCCV. XVI. Kal. Iunij, de Episcopatu præclarissime meritus, quem oppidis, castris, villis & prædiis supra antecessores suos auxit; & in his etiam celeberrimo comitatu Hirsbergensi, quæ ex donatione Gebhardi Comitis, suæ stirpis postremi, accepit, de quo ipsa M. S. codicis verba adscribere

Pp

libet.

dibet. *Iste Comes Gebhardus nomine, natus fuit de castro & comitatu in Hirzperch. Quod quidem castrum cum rebus, possessionibus & hominibus, militaris conditionis videlicet & vulgaris, hic iuuenis tradit & assignat, per manus istius glorioſi Praefulsi beatissimo Confessori VVillibaldo, & Ecclesiæ Eystettenſi.* Idem aduocatus fuit ipſus Ecclesiæ & ipsam aduocatiam ſuper omnes poffeſſiones Epifcopi & Capituli poſt mortem ſimiliter abſolutam dimiſit, & ſuper oppidum in Perchingen. Idem dedit Capitulo iura Patronatus quatuor Eccleſiarum Parochialium, videlicet Turingen, VVetzſteten, Lentingen & Haunſtat. Idem fuit filius ſororis illuſtrium Deminorum, Ludouici, & Heinrici fratrum, Ducum Bauaria. De hac donatione extant iſti verſiculi.

*Montem ceruorum clarum, caſtrum q̄ decorum,
Et res Chounrado Gebhardus ego tibi trado.*

Quæ VVillibaldi vice ſuscipias patria almi.

*Aeternam requiem mihi quod petat, atq; ſalutem.
Mortuus est iſte Comes in caſtro ſuo Hirsberg anno
M. CCC. V. IV. Nonas Martij, & in Monasterio Reb-
dorffensi ſepultus, quamuis Henricus Rebdorffensis
mortem Comitiſ huius ponat anno M. CCC.*

*Interfuit Conradus Comitiis Norimbergensibus
indictis ab Alberto Austrio, filio Rudolph: Habspur-
gi anno M. CC. XCIX. vbi vetus controuerſia re-
cruduit, quis propior Moguntino Metropolitano af-
fidere debeat. De qualitate ſuo loco diximus. Hic au-
diamus Henricum Rebdorffensem. In hac ſolennitate,
cum contentio oriaretur inter Suffraganeos Archiepifcopi Mo-
guntini tunc ibi praesentis, videlicet Eystettenſem & VVor-
matienſem Epifcopos, ſuper prioritate ſedium, poſt eundem
Archiepifcopum, eorum Metropolitanum, quia quilibet con-
ſendebat, ſe debere immediatè ſedere poſt Archiepifcopum*

pre-

predictum, prout etiam Eystettensis, hac priuilegia habere dignoscitur ab antiquo, & Archiepiscopus Moguntinus, tunc ibi praesens magis declinare videbatur ad Episcopum VVormatiensem, sed Conradus Eystettensis Episcopus pro defensione honoris sui, & Ecclesie, auxilium Gebhardi Comitis de Hirschberg, tunc eiusdem aduocati implorauit. Qui tunc eundem VVormatiensem prohibuit primam sedem tenere post Archiepiscopum eundem.

Eodem anno, inquit idem Henricus, ex permisso-
ne Dei Iudei in Nurenberg, Heripoli, Rotenburg, VVins-
haim, Mirgaicheim, Eistet & in Perching crematis sunt. Sub
huius Episcopi gubernatione, inquit Bruschius, adi-
ficauit illustris Domina Comitissa, Domina Sophia,
de Hirsberg cum consensu & auxiliis fratrum suo-
rum Gebhardi & Gerardi Comitum Hirsbergensi-
um, Monasterium Prædicatorum Aureatense, sive
Eystettense.

XXXVIII. Ioannes.

Hoc digne laude spoliat nos Papa Ioanne,
nimurum Clemens V. à quo ab Eychstettensi throno
ad Argentinensem euocatus & translatus fuit. De quo
ista M. S. Codex. Iste Ioannes Episcopus, quondam Præposi-
tus Thuricensis & præpotens Domini Alberti Romanorum
Regis Cancellarius, magnus Clericus in Canonico iure fuit.
Qui post obitum Domini Chunradi Episcopi, & Gebhardi
Comitis, iam dictorum, tum propter ipsius potentiam, tum
ob eius scientiam, in Episcopum istius Ecclesie, licet prius hic
canonicus non fuerit, pro defensione ipsius Ecclesie assumptus
exitit, & electus. Qui contra Duces Banarie de rebus Comi-
tis ex morte vacantibus, obtinuit pro Ecclesia, plus quam ad
quatuor millia marcarū. Quem etiam propterea Clemens V.

Pp 2 translu-

transfulit in Argentinam. Sedit autem in Episcopatu isto tan-
sum per dimidium annum & unum mensem.

Porro Ioanni huic dissensiones Canonicorum
Argentinensium insulā attulerunt. Nam tres vel qua-
tuor elegerant, quorum quilibet Episcopatum sibi
asserebat, non sine rei communis præsenti detrimen-
to. Verū tanta ex dissensione cum maiores motus ve-
reretur Casar Albertus, Consobrinum suum Oxensteinum,
quia anteponi cupiebat, inquit Franciscus Guillimannus
in Commentario de Episcopis Argentiaensibus; Io-
annem Episcopum Aistadiensem, Cancellarium suum, & Phi-
lippum à Rathsamhouse, Abbatem Perisensem, utrumque
singulari virtute & industria præditum, ad Pontificem expe-
diuit, qui suo etiam nomine Ochsensteinum tuerentur, & pre-
ceteris commendarent. Clemens accepta legatione, & audi-
tis partibus, anxius & ipse, & anceps, quaratione & Casri
satisfacere, & simul dissidium absque offensione componere
posset, postremo eundem, qui aduenerat, Ioannem, Argenti-
nensem, & Philippum, Aistadiensem Episcopum agere iussit,
& utrique inopinanti sua cniusque dignitatis bullam ex in-
sperato obtulit. Ioannes contra opinionem mirificis honori-
bus & magno applausu, cum stupore omnium, non modo à ci-
uibus, sed etiam à Clero uniuerso Argentina susceptus est,
talemq; se præstítit, ut ex omnibus dignissimum palam credi-
derint, prædicarint q;. Et Casar Albertus, postquam ita sors
zulit, tanquam suum contra omnium insectationes, præcipue
Ochsensteiniorum, acerrime defendit, & tutum præbuit.

Quis domo & stirpe fuerit, non satis liquet. Bru-
schius audacius fortè, quam verius, nobilem Heluc-
tium in agro Tigurino illegitimè natum pronunciat.
Sed quisquis fuerit, inquit apud Guillimannum Wim-
phelingius, siue plebeius, siue nobilis, siue in fædere coni-
gij,

ḡ, siue ex fædo damnato que concubitu procreatus, constat ipsum virum omni virtute, magna sapientia, religione, prudenter, sacrarum literarum, & utriusque iuris doctrina, liberalitate, magnificencia, zelo, & charitate in Deum & proximos, subditosq; suos ornatum, & à nullo predecessorum suorum superatum fuisse. Qui non tam præesse, quam prodeesse desiderans, Ecclesiam Argentinensem prudentissimè rexit, spiritualibus, & his, quæ ad Dei laudem, animarumque salutem spectant, potissimum intentus, &c. Exstant adhuc diuinī & Pontificij iuris volumina, in quibus manus sua scriputra indicatur, in argumentum honestissimi studij sui, atque feruide dilectionis. Præfuit subditis suis, ut pius, mitissimusq; pater filii, benignusq; & misericors fuit in suos, quos & in dulci pace, & tranquillitate felicissimè gubernauit. Cum ergo tantus vir fuerit, mirum non est Eystettenses eum sibi erexit esse, grauiter tulisse.

XXXIX. Philippus.

Nobilis Alsata à Rathsamhausen. Abbas prius Barisiensis seu Perisiensis, quod est Monasterium Ordinis Cisterciensis non procul Colmaria, Episcopatum Eystettensem, eo, quo supra audiuisti, modo, Pontificis nimirum iussu & nutu, acquisiuit, anno M. CCC. VI. De quo Manuscriptus Codex sequentia. Hic Philippus Magister in Theologia & p̄fessus Ordinis Cisterciensium, & egregius prædicator ad populum, prouisus in Episcopum Eystettensem, per Dominum Clementem Papam quintum, vacante tunc Ecclesia prædicta, per translationem Domini Ioannis Episcopi superscripti ad Ecclesiam Argentinam. Anno Domini M. CCC. VI. in Episcopatu XXXIX. Episcopus, Eystettensem rexit Ecclesiam XVI. annis, & duobus mensibus, vel circiter. Huius tempore Ecclesia Eystettensis ma-

Pp 3 gnam

gnam persecutionem à diuersis tyrannis patitur, &c. Idem Episcopus emit arces VVartbergensem, & Gredingensem. Recuperauit Herenriedum. Huins Episcopi consensu vastatum ac solo aquatum est Erlishofense castrum, latronum ac raporum infarctum tibulum. In Italiam Imperatorem Henricum VII. secutus est; Ioanni filio eius præceptor & moderator attributus, cum eodem in Bohemiam abiit. Hic etiam Episcopus Gundikarum huius nominis secundum Episcopum Eystettensem miraculis coruscantem translulit. Anno Domini M. CCC. IX. Miracula quoque plura, quæ per ipsum siebant, populo prædicauit, hominesq; ad deuotionem prædicti sancti prouocauit, qui adhuc à multis, ut sanctus adoratur ex deuotione, licet adhuc in sanctorum Catalogo non sit descriptus, neccanonizatus. Tandem Philippus annis fessus ad superos migrauit anno M. CCC. X XII. Postridie S. Matthiae hoc est XXV Februarij, cum sedem Episcopalem tenuisset annis X VI I. & mensibus duobus. De eodem circumferuntur hi versiculi

Regula Bernhardi diuini sparsa verbi,

Dogma Theologicum sic & pie pauit egenum,

Hæc te Philippum fecerunt scandere thronum,

Hic præsularem post hoc cælestè beamen.

Scripsit Philippus stylo non ineleganti vitam S. Walpurgis, quam edidit Tomo I V. D. Canistus, & vitam S. Willibaldi, quam hoc tomo publicam⁹, licet de patre, fratre & sorore S. Willibaldi non pauca interserat.

XL. Marquardus.

Præsul Marquardus meritis redolens quasi nardus.

Est virtutum dos, speculum, rosa, Pontificum flos.

Ex nobili familia de Hagel. Sedit annos duos, electus anno Domini M. CCC. XXII. Mortuus anno M. CCC.

XXIV.

XXIV. postridie Festi S. Richardi; nam qui Marquardus annos octo in Episcopatu tribuunt, iij computant quoque sexennium illud, quo Philippi Antecessoris sui Coadjutorem egit. Diligens & industrius paterfamilias, qui æs alienum non modò dissoluit, sed & bona Episcopatus oppignerata redemit; & magnis accessionibus auxit; corpore decorus, statura procerus, literarum scientia eruditus, sermone facundus, in spiritualibus prouidus, in temporalibus circumspectus, in vita & conuersatione placidus, & in moribus ordinatus, his enim elogiis afficit illum M. S. Codex; qui, ut eiusdem Codicis verba usurpem, inter alia famosa sua pietatis opera oblandabilem & perennem recordationis sua memoriam, ac suam sororumque progenitorum remedium & salutem, in Parochiali Ecclesia S. Mariae ciuitatis Eystettensis, honestum collegium canonicorum instituit, ipsumq; largis dotauit pradiis, & honoribus exaltauit. Quare etiam in choro eiusdem Parochialis Ecclesie, sepeliri voluit. De quo versicator quidam istos versiculos cecinit.

*Extulit Ecclesiam Marquardus honoribus istam,
Rebus & innumeris, paucis vixit quibus annis,
Laus, insigne genus, species, sapientia, virtus,
Hic presul mitis alios praeceperit in istis.*

XLI. Gebhardus hoc nomine Tertius.

Ex familia Comitum de Graispach. Antea Præpositus Eystettensis Ecclesiæ cathedralis, præfuit annos duos & menses octo; secutus Imperatorem Ludouicum Bauarum in Italiam. Quo Pisæ obidente, cum in Imperatoris exercitu pestis grassaretur, eadē lue ipse pariter correptus & confectus fuit, ut præter

M.S.



M. S. Codicem testantur Appendix ad Annales Ste-
ronis, & Henricus Rebdorffensis anno Domini M.
CCC. XXII. in die Exaltationis S. Crucis, se-
pultus Lucę in Ecclesia S. Frigdiani seu Frigidiani iux-
ta S. Richardum, D. Willibaldi patrem. Excommuni-
cationis sententia à Ioanne XXII. percussus est, eō
quod partes Ludouici Imp. souveret ac tueretur.

Fundauit in Ecclesia Eychstettensi altare in ho-
norem S. Richardi, illudque copiosis prouentibus
instruxit. Statuerat, tanquam stirpis suæ postremus,
Comitatum Graispachēsem tradere Episcopatuī Ey-
stettensi. Sed mors præpropera cogitationes ad rem
conferre haud permisit. Mortuo igitur Gebhardo,
Ludouicus Imperator Comitatum illum, tanquam
feudum imperiale, dedit cuidam Consiliario suo Co-
miti à Niuen. Postea ad Bauariæ Duces peruenit, ab-
his ad Palatinos Rheni, à quibus hodieq; possidetur.

XLII. Fridericus Tertius huius nominis.

Progenitus ex Illustrissima Landgraviorū Leich-
tenbergensium familia... Abbas Monasteriorum Ci-
sterciensis instituti, Lanckhenheimensis, ac Eboracensis. Con-
stituitur & confirmatur Episcopus Aichstadianus anno Do-
mini M. CCC. XXVIII. à Pontifice Maximo Ioanne XXII.
sed non est receptus à Senatu Canonicorum Aichstettensium,
qui interim Episcopatus gubernationem commendabant Fri-
derico Burgraui Noribergensi, Aystettensi & Ratisbonensi
Canonico prudentissimo ac optimo; qui mox ad Ratisbonen-
sem Episcopatum gubernandum postulatus, XXIV. annis ibi
summa cum laude præfuit. Fridericus Leuchtenburgius ex
hac vita decessit anno Domini M. CCC. XXIX. in aere
Hols-

Holnstein, prope Berchingam sita. Auebitur inde primum Ebōrum: postea vero in VValdsassense Cœnobium, ubi in Leuchtenbergensium principum sacello, propè alias eiusdem stemmatis maiores suos terra Parenti redditur, anno à Christo anno M. CCC. XXX.

Magnæ tunc turbæ in Imperio erant propter schisma inter Sacerdotium & Imperium, id est, inter Ioannem XXII. & Ludouicū Imp. ea de causa plerique Episcopos à sede Apostolica designatos, inter quos & iste Fridericus unus, non recipiebat, vel receptos postea expellebat: de quo Henricus Rebdorfensis in Annalibus anno M. CCC. XXXIII. In Alemannia magnum schisma est, in Clero & populo, ex prouisionibus sedis Apostolica ad Episcopatus, & solennes pralaturas, & alia beneficia, quæ idem Ludouicus in odium sedis Apostolice fortiter impediuit, multos etiam prouisos à sede, qui ei obedire volebant, admisit, & ipsi tota quasi Alemannia, non obstantibus sedis Apostolica processibus, obediuit.

Idem Henricus anno M. CCC. XXX. Eo tempore Ecclesia Moguntina bene octo annis, vel circa, stetit in schismate, & similiter Ecclesia VVormaciensis XI. annis, vel circa, quia canonici & capitula prouisos ad easdem Ecclesias à sede Apostolica recipere noluerunt, tandem tamen sunt recepti. Sed pro tempore schismatis Balduinus Archiepiscopus Treverensis frater Domini Henrici Imp. VII. à Canonicis & Capitalis carundem Ecclesiarum receptus est procurator, & bene rexit easdem Ecclesias, licet in schismate.

XLIII. Henricus hoc nomine Quintus.

Iste Henricus nobilis pincerna à Reicheneck, Canonicus Ratisbonensis, & Praepositus S. Ioannis ibi,

Q q dema,

dem, virgnauus & industrius, cum missece esset, vt patruelis sui Werntonis in Episcopum Bambergensem electi caussam ageret, à Ioanne XXII. Pont. Max. Episcopus Eystettensis designatus est, anno M. CCC. XXIX. & tam à Clero, quām à populo gaudenter receptus, vt inquit Codex M. S. sed veniente Ludouico Imper. ex Italia, cedere & administratione bonorum temporalium sese abdicare coactus est, constitutis administratoribus, Domino Rabno seu Rabano Dapifero de Wilburstetten, Canonico, & Alberto de Alta rupe seu Hohenfels, Præposito Eystettensi, quorum uterq; postea ad Episcopalem dignitatem euectus est. Obiit tandem Henricus Norimbergæ mense Februario, die S. Scholaisticae Virginis anno M. CCC. XLIV. Et in Monasterio *Vallis Angelorum*, sub Regula Fratrum Ordinis Prædicatorum, Diœceseos Eystettensis, sepultus est, quamvis Bruschiuseum obiisse dicat anno M. CCC. XLIII. Henricus verò Rebdorfensis in Annalibus anno M. CCC. XLV. Quem Bruschius ait præfuisse annis V. Codex M. S. annis XIII. computato nimirum etiam illo tempore, quo Episcopatus per procuratores administratus est.

De hoc Episcopo M. S. Codex. *Hic Missam* nunquam celebrauit, nec officium suum Pontificale exercuit, propter sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti, alias q̄ diuersas fulminatas per Ioannem Papam XXII. in Ludouicum Imp. in fautores eius, in q̄ terras ei adhaerentes, quibus quasi tota Alamannia fuit illaqueata. Cætero qui non contemnedus pater familias fuit & iura Ecclesiæ suæ à multorum iniuriis sedulo vindicauit. Interfuit conuentui Spirensi, anno salutis M. CCC. XXXVI. quo decreta est legatio ad Pontificem pro absolutio-

ne

ne Ludouici Imperatoris ab anathemate. Sed in irri-
tum cecidit legatio, ut videre licet apud Albertum
Argentinensem in Chronico.

XLIV. Albertus I.

Ex nobili sanguine Nobilium de Hohenfels, Ca-
nonicus & Præpositus Eystettenensis & Administrator,
post obitum Henrici à Capitulo concorditer ad san-
cti Willibaldi thronum electus, anno M. C C C.
XLIV. in Martio, confirmatus à Moguntino Metro-
politano Henrico huius nominis Tertio, quem po-
stea Clemens VI. Papa, quod excommunicatis adhe-
reret; de sede depositus; Qua de re consule Serarium
lib. 5. rerum Mogunt.

In Albertum quoque depositionis sententia lata
est, quod Clemens Pontifex diceret; Episcopos elige-
re & dare sui iuris ac fori esse. Itaque in Alberti locum
Berchtoldum Norimbergensem Burgrauium subro-
gauit anno Domini M. CCC. L I. Qui Aichstadium
veniens, facile Albertum gubernationis socium tulit;
donec tandem ad meliorem vitam translatus est, quod
contigit anno M. CCC. LV. in Ianuario. Nam Berch-
toldus spiritualia potissimum curabat; Albertus ad-
ministratio nomine, temporalia: quem M. S. Co-
dex valdefidelem, sapientem ac industrium appellat, qui
per VII. annos vel circiter laudabiliter, pacifice & quiete
præfuerit, qui que maxima debita soluerit, recuperatis castris
& bonis, quæ ab Episcopatu ab alienata, & à diuersis inuaso-
ribus occupata fuerant; quia ut ait Codex M. S. pecuniosus
erat & parcus. Sepultus est in summo Templo ante
S. Willibaldi chorum propè Baptisterium, ut ait Bru-
schius. Quod autem VII. annos vel circiter præfuisse
dicitur, id referendum est ad tempus, quo Berchtol-

Q q 2 dus

dus Ecclesiæ habendas accepit; nam ab Electione eius
vsque ad mortem sunt anni plures nempe X I. Caruit
maioribus ordinibus, ut ait M. S. Codex. Vide Henri-
cum Rebdorffensem in Annalibus anno M. CCC.
XLV. & anno M. CCC.XLVIII.

XLV. Berchtoldus.

Ex Illustrissima Burgrauiorum Norimbergen-
sium familia. A XIII. ætatis anno vsquead XXX. sa-
cro Teutonicorum Ordini adscriptus, Deo & Eccle-
siæ militauit, Comm̄dator Provincialis in Prussia & Fran-
conia floridus euo, corpore spectabilis, industria commenda-
bilis, ut ait M. S. Codex, qui XX XI. vel circiter ætatis
suæ anno Clementis VI I. studio, tiara Eystettensis re-
dimitus est anno M. CCC. L I. Feria secunda Rogationum,
quæ tunc in VIII. Kalend. Iunij incidebat,
quam annis XIV. tenuit; mortuus anno M. CCC.
L X V. sepultus in Monasterio Heilsbrunnensi; solen-
ti maiorum suorum Burgrauiorum ad sepulturam
loco. Caruit maioribus Ordinibus, cum à Clemente
Episcopus designatus est; sed concessione Pontificia
Ordinibus statim iniciatur; Subdiaconatu, die Ascen-
sionis Domini, Diaconatu in Vigilia Pentecostes; se-
quenti Sabbato quatuor temporum, sacerdotio, po-
stridie in ipso SS. Trinitatis festo Episcopali charac-
te. Aliud præferre videtur editio Henrici Rebdorff-
ensis; sed res ita se habet, ut dixi. Jura Ecclesiæ suæ gna-
uiter defendit & ab inuasoribus afferuit; pace vbiique
& apud Clerum, & apud populum plantata. De quo
commemoratione dignum est, quod in M. S. Codice
traditur his verbis: *Ipse etiam pater venerandus præcun-
ctis vicinis seu vicinarum seu fortè remotarum Ecclesiarum
Episco-*

Episcopis, in executione sui officij, videlicet in clericorum ordinatione, Chrismatis & aliorum Sacramentorum, Ecclesiarum & altarium consecratione, & omnium ac singulorum, que ad executionem Pontificalis officij pertinere poterant, erat assiduus, sollicitus, attentus, & humillimus, ita ut hac pro viribus continuaret usque ad finem vite.

Construxit ex imis fundamentis arcem in monte S. Willibaldi, iuxta & supra ciuitatem Eystettensem, aliisq; multis qua oppidis, qua pagis, qua villis & praediis, nec non superbae stili aurea & argentea Ecclesiam Eystettensem insigniter locupletauit; factus Caroli IV. Imp. Cancellarius, cum eodem Auenionem ad sedem Apostolicam abiit. Rediens Spirae in agitudinem incidit, qua & consumptus est, omnibus Ecclesiae Sacramentis, quae moribundis administrantur, ritè perceptis. Igitur anno M. CCC. LXV. XVI. Kal. Octobr. hora diei quinta Deo spiritum reddidit. Huius Berchtoldi est sanctio illa, qua coercet eorum improbitatem, qui sacerdotum defunctorum bona liberè inuadebant ac diripiebant, conceditque singulis Clericis liberam testandi facultatem ea tamen conditio ne, ut quot annis per Decurias seu Decanias distributi certo in loco conueniant: remque diuinam faciant. Quod etiamnum sit, vocaturque vulgo talis conuentus libertas; quod sacerdotes liberè de suis rebus disponendi libertatem obtineant. Edita est hæc constitutio anno Domini M. CCC. L XIV. postridie S. Martini.

Sub hoc Episcopo accidit, quod Henricus Rebdorffensis in Annalibus his verbis commemorat. Anno M. CCC. LIX. (ita habet Manuscriptus Codex. Freherus, Henrici editor, uno anno minus LVIII.) Domi-

nica in medio Quadragesima, quæ fuit II. Kalend. Aprilis fures de nocte intrauerunt Monasterium S. Valpurgis Eystettensis. Et cum Campanarius eiusdem tardè intraret ad depoñendum se in lecto, irruunt fures in ipsum velata facie, volentes eum occidere, qui se defendendo fuit in Monasterio grauerit vulneratus. Propter quod stillicidium de Reliquis beatae Valpurgis consuetum hactenus manare, cessauit per quartuor septimanas vel circa, & post octauas Pasche, appropinquante festo eiusdem Virginis, manauit ut ante.

Sub eodem Pontifice anno M. CCC. LXIII. in octaua Pentecostes facta est translatio S. Wunibaldi Confessoris in nouum chorum Ecclesiae Heidenheimensis.

Eodem anno, in solennitate SS. Apostolorum Petri & Pauli horrida tempestas Eychstadium concussit, erupta drepentè imbribus grauida nube. Ex qua per vallem Buchthal, inquit Henricus Rebdorffensis, versus Septentrionem tanta inundatio aquæ exstittit, ut partem ciuitatis destrueret, hominibus in predicta valle habitantibus ingentia damna inferret, & de montibus grandia faxa denulneret.

Vigebant iis temporibus adhuc duella. Itaque die Abdon & Sennen Martyrum, commissum est duellum inter dictum Hopferstatt & Perenuelder. Sequenti anno simile duellum institutum est in iudicio provinciali Burgrauij (Norimbergensis) & iuxta Norimbergam cum quodam dicto Marschaldo de Gredingen, ut ait Henricus Rebdorffensis in Annalibus. Vt autem ad alias orbis partes, ita & in hunc terrarum tractum penetrauit detestanda Monomachiæ consuetudo: contra quam iam olim Agobardus Episcopus Lugdunensis elegans opuscolum ad Ludouicum Pium Imp. scripsit, quibus feralibus

bus certaminibus, inquit, contingunt homicidia iniusta, & crudeles ac peruersi euentus iudiciorum, non sine amissione fidei, & charitatis ac pietatis, dum putant Deum illi adesse, qui potuerit fratrem suum superare, & in profundum miseria-
rum deiicere. Hic est pessimus error & ordo confusus, &c. Et tamen inueniuntur, qui stimulos addant. Pugna secu-
rus, quia illum, qui tua repetit aut contendit, absque dubio su-
perabis; & diuinum eis promittunt adiutorium, qui tam con-
trarij existunt Euangelice pietatis. Hinc iam ad certamen au-
dacter proceditur; ubi duo cominus veniunt parati, ut se in-
uicem variis iictibus cedant, protalibus rebus, quas multò mi-
nus amare debuerant, quam seipso ad inuicē, nameum, quem
occidere aut superare cupit, iussus est ut diligat sicut seipsum;
recusias illas pro quibus contendit arbitrari, ut stercore, ut
Christum lucrifaceret. Hæc & plura huius generis in-
hunc perditum morem Agobardus; qui tam altas ra-
dices egit, ut etiam Tridentina Synodus seriam me-
dicinam adhibere debuerit. Quam vide session. 25.
cap. 19.

XLVI. Rabno seu Rabanus.

Ex patre Dapifero de Wilburgstetten, ex matre de Pfalheim Diocesano Augustanæ. Administrator, antea Episcopatus Eystettensis sub duobus Episcopis; postea itidem Administrator Episcopatus Ratisbo-
nensis. Vir prudens, affabilis, prouidus & hospitalis; in armis strenuus, in consilio maturus, in amicorum auxilio virtuosus,
& uniuerso clero pius & gratus. His enim notis M. S.
Codex Rabanum istum depingit. Itò plura adiicit,
fuisse enim ait, formam iustitie, exemplar pietatis, asserto-
rem veritatis, defensorem fidei, ordinatore clementem Cleri,
pasto-

pastorem pium plebis, refugium oppressorum, spem misericordum, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, ultorem scelerum, metum malorum. Gloriam bonorum, irreprehensibilem, sobrium, pudicum, ornatum; & in mensa seu refectionis tempore, semper hilarem & iucundum, modestum, non litigiosum, domui sua bene præpositum: quitam in spiritualibus quam in temporalibus Episcopatum præclarè gubernauerit.

Electus ergo anno M. CCC. LXV. non diu sibi cunctandum existimauit; sed statim Kalendis Octobribus iter Auenionem versus ad Vrbanum V. Pontificē pro confirmatione & designationis suæ approbatione iniit; & in festo S. Galli X VI. scilicet Octobris, ad metam itineris peruenit; ubi superatis & perruptis variis difficultatibus, tandem in festo S. Willibaldi, hoc est, X VIII. die Decembbris, voti compos' effectus, mox Sacerdos & Episcopus cōsecratus est: & X V. Kalend. Februarij Eichstadium redux, à Clero & populo solenni applausu recipitur anno M. CCC. LX VI. qui & æs alienum dissoluit, & multa Episcopatuia acquisiuit, & prius acquisita communiuit & exornauit; tandemque nonagenario non minor hanc vitam reliquit anno M. CCC. LXXXIII. XV. Kalendas Nouembri, die D. Luca, ante noctis medium, anno X VIII. evectionis suæ ad cathedram Willibaldinam; sepultus in choro S. Willibaldi ad latus duorum Episcoporum Eystettensis, Hildebrandi de Meren, & Reimbotonis de Meilenhart.

De eodem Pontifice idem M. S. Codex. Monasterium Ecclesiæ cathedralis Eystettensis vetus & ruinosum inter duos choros, videlicet inter chorum maiorem beate Virginis & chorum S. Willibaldi demolitus est, & partem ipsius medium propriis impensis instaurauit, designatis

Signatis certis redditibus, quorum subsidio pars altera perficeretur.

Sub hoc Episcopo certa Regula, nimirum S. Augustini ad strinxerunt se sanctimoniales, habitatrices Monasterij Bildenreuti, non procul Norimberga, in diocesi tamē Eystetteni; nam ut Bruschius ait in Catalogo Monasteriorum, anno Domini M. CCC. LXXVIII. subdidere se concordibus animis Rabano Episcopo Eystetteni, petentes ab eo certum ordinem, qui missō ad eos Canonico quodā de S. VVilbaldichoro, Domino Burckhardo de Pleynfeld, consecrari ipsas, & sub obedientiam accipi, Canonissas q̄. S. Augustini Regulares designari fecit, & Praepositam constituit anno M. CCC. L. XXIX. die S. Thomae Apostoli.

XLVII. Fridericus I V. hoc nomine.

Comes Oettingensis. Electus anno M. C C C. LXXXIII. etatis suæ XXIII. confirmatus ab Urbanō VI. Pontifice, ad quem statim ab electione sua legatos, confirmationis im petrandæ gratia miserat: nec Pontifex difficilem se præbuit, postquam quibus dotibus Fridericus insignitus esset, intellexit: Fuit enim, ut ait M. S. Codex, magnæ eloquentiæ & literaturæ; qui in Academia Paduana compluribus annis Canonico Iuri operam dedit, strenuus, prudens & sagacissimus, in consilio maturus, in conuersatione liberalis, in omnibus prouidus & circumspectus. Laudem, quam Berchtoldo Episcopo M. S. Codex tribuit, huic quoque Friderico transcribit: fuisse videlicet in executione sui officij assiduum, in celebratione, inquam, Missarum, in clericorum ordinazione: in chrismatiſ & aliorum sacramentorum, Ecclesiarum q̄. & altarium consecratione.

R. Lauda-

Laudatur ab eximio cultu, quo venerabile Sacra-
mentum Eucharistiae prosequebatur, quem interalia
cestantur tabernaculum in summa Aede pro asseruan-
da Eucharistia magnificè conditum, ut & fabrefacta
Monstrantia seu Hierotheca; & mos quotannis per
compita urbis Eucharistiae ferculum propriis mani-
bus circumferendi. Erga pauperes, præsertim senio-
iam grauatos, & laboribus ineptos, perquā benignus
& munificus: ad cleri disciplinam conseruandam, &
sicubi collapsa esset, instaurandam, attentus, subdico-
rum suorum amans, ipse etiam ab illis redamatus. Pa-
ter familias præclarus, qui Episcopatum multis arcii-
bus, oppidis, prædiis, fundis, aliisque opibus locuple-
tavit. Cum nobilibus quibusdam ex Franconia, Epi-
scopatus in uasoribus, felici Marte congressus, insi-
gnem victoriam retulit: anno M. CCCC. VIII. de-
bellata etiam hæresi: nam ut M. S. Codex ait; glorioſuſ
iſte Pontifex perfidos hæreticos Vallenses valde perseque-
batur, & eis infestus fuit; quos per totam suam diœcesin dili-
gentiſime inuestigandoſ plurimosque cruce signandoſ cura-
uit, multosq; peruersos, & nefarios hæreticos, Vulcano ex-
piandoſ tradidit. Sedit annos XXXII. uno mense
dempto. Mortuus anno M. CCCC. XV. XIII. Kal.
Octobris, primo anno Concilij Constantiensis, anno
ætatis suæ L. V. sepultus apud altare nouum iuxta o-
stium sacrificiæ chori sancti Willibaldi, ad latus Domini
Rabbonis; qui cum ægritudinem invaleſcere vide-
ret, conuocato totius ciuitatis Clero in Exaltatione
S. Crucis, sacra communione & unctione ad confi-
ctum cum morte ineundum sese communit. Eodem
cœlesti cibo post paucos dies iterum sese refecit, nec
postea quidquam perituri cibi aut potus degustauit.

Sub

Sub hoc Episcopo, anno M. CCC. XCVII. pestilentiae lues ciuitatem Eystettensem grauiter afflixit; & in Conuersione D. Pauli, tempore his locis insolito tonitrua & fulgura audita & visa sunt non sine plororumque terrore.

Sed quia paulo antea mentio facta est barbaræ, rusticæ & agrestis sectæ Waldensium, quæ Bauariam, Noricum, Franconiam, Austriam, & quasdam alias prouincias non parum infecerat, quamque Fridericus iustissime persequebatur, etiam flammis, si pertinacia nullo alio remedio sanabilis esset, non possum quin commemorem, quomodo iidem Waldenses, cum in Angliam penetrassent, excepti, & eò unde malum pedem attulerant, remissi fuerint. Non utar autem meis, sed Wilhelmi Neubrigensis verbis lib. 2. rerum Anglicarum cap. 13.

Iisdem diebus (sub Henrico II. Rege Angliæ circa annum Domini M. C. L X I I I .) errorei quidam venerunt in Angliam, ex eorum (ut creditur) genere, quos vulgo Publicanos vocant. Hi nimis olim ex Gasconia incerto auctore habentes originem, regionibus plurimis virus sua perfidia infuderunt. Quippe in latissimis Gallia, Hispania, Italia, Germaniaq; prouinciis tam multi hat peste infecti esse dicuntur: ut secundum Prophetam, multiplicati esse super numerum arenæ videantur. Denique cum à Presulibus Ecclesiasticis, & Principibus prouinciarum in eos remissius agitur, egrediuntur de caueis suis vulpes nequissime, & prætentas pecie pietatis, seducendo simplices, vineam Domini Sabaoth tantò granis, quantò liberius demoluntur. Cum autem aduersus eos igne Dei fidelium Zelus succeditur, in suis fonteis delitescant, minusq; sunt noxijs: sed tamen occultum spargendo virus nocere non desinunt. Homines rusticani & idiotæ,

Rr 2 atque

atque ideo ad rationem habetes, peste vero illa semel hausta ita imbuti, ut ad omnem rigeant disciplinam, unde variis contingit eorum aliquem, cum est suis latibris prodiit extrahuntur: ad pietatem conuerti.

Sanè ab hac, & aliis pestibus Hereticis immunis semper extitit Anglia, cum in aliis mundi partibus tot pullulauerint hæreses. Et quidem haec Insula, cum propter incolentes Britones Britannia diceretur: Pelagium in oriente hæresiarcham futurum, ex se misit, eiusque in se processu temporis errorem admisit: ad cuius peremptionem Gallicanæ Ecclesiæ pia prouisio semel & iterum beatissimum direxit Germanum. At ubi hanc insulam expulsis Britonibus natio possedit Anglorum, ut non iam Britannia, sed Anglia diceretur, nullius unquam ex ea pestis heretice virus ebulliuit; sed nec in eam aliunde, usque ad tempora Regis Henrici secundi, tanquam propagandum & dilatandum, introiuit. Tunc quoque Deo propitio, pesti, que iam irrepserat, ita est obuiatum, ut de cetero hanc insulam ingredi vererentur. Erant autem tam viri quam feminæ paulò amplius quam triginta, qui dissimulato errore, quasi pacificè huc ingressi sunt propaganda pestis gratia, duce quodam Gerardo, in quem omnes tanquam præceptorem ac principem respiciebant. Nam solus erat aliquaneulum literatus: ceteri vero sine litteris & idiotæ, homines planè impoliti & rustici, nationis, & linguae Teutonicae.

Aliquandiu in Anglia morantes, unam tantum mulierculam venenatis circumuentam susurris, & quibusdam (ut dicitur) fascinatam præstigiis, suo cœtu aggregauerunt. Non enim diu latere potuerunt, sed quibusdam curiosè indagantibus, quod peregrina essent sectæ, deprehensi, tentique sunt in custodia publica. Rex vero nolens eos indiscusso vel dimittere vel punire, Episcopale precepit Oxonia concilium congregari. Vbi dum solemniter de regione conuenirentur: eo, qui

lite-

literatus videbatur, suscipiente causam omnium, & loquente pro omnibus, Christianos se esse & doctrinam Apostolicam venerari responderunt. Interrogati per ordinem de sacrae scriptae articulis: de substantia quidem superni medicis recta, de eius vero remediis, quibus humanae infirmitati mederi dignatur, id est, diuinis sacramentis, peruersa dixerunt; sacrum baptisma, Eucharistiam, coniugium detestantes, atque unitati Catholicae, quam hec diuina imbuunt subsidia, ausu nefario derogantes. Cum ergo sumptis de scriptura diuinis virgerentur testimonius, se quidem, ut instituti erant, credere, de fide vero sua disputare nolle responderunt. Moniti, ut paenitentiam agerent, & corpori Ecclesiae unirentur, omnem consilij salubritatem spreuerunt. Minas quoque pie praetentas, ut vel metu resipiscerent, deriserunt; verbo illo Dominico abutentes: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Tunc Episcopi, ne virus hereticum latius serperet, praecaventes: eosdem publicè pronunciatos hereticos corporali disciplinae subdendos, Catholico Principi tradiderunt. Qui præcepit heretica infamia characterem frontibus eorum inauri. & spectante populo virgus coercitos urbe expelli, distriictè prohibens, ne quis eos vel hospitio recipere, vel aliquo solo latio confouere præsumeret. Dicta sententia ad paenam iustissimam ducebantur gaudentes, non lentis passibus praecuntem magistro eorum & cantante, Beati etitis cum vos oderint homines. In tantum deceptis a sementibus seductorius abutebatur spiritus. Illa quidem muliercula, quam in Anglia seduxerant, metu supplicij discedens ab eis, errorem confessa reconciliationem meruit.

Porro detestandum illud collegium, cauteriat is frontibus iusta severitati subiacuit: eo, qui primatum gerebat in eis, ob insigne magisterij, iniunctionis gemine: id est, in fronte & circa

mentum dedecus sustinente: scissisq; cingulo tenus vestibus publicè casi, & flagris resonantibus urbe eiecli, algoris intolerantia (hiems quippe erat) nemine velexiguum misericordia impendente, miserè interierunt. Huius seueritatis pius rigor, non solum peste illa, qua iam irrepserat, Anglia regnum purgauit, verùm etiam, ne ulterius irreperet, incusso hereticis terrore præcauit. Ita nimis hæreticæ Vulpes à vi-
nea Domini arcendæ & absterrendæ sunt. Quæ ratio si seruata fuisset, quando post aliquot annos Cacodæ-
mon Wiclephum in Anglia aduersus Ecclesiam excita-
tavit; haud tantas strages funestus ille Hæresiarcha
edidisse.

Addamus & hoc, quod de Fossariis Albigensium, seu Waldensium posteris scriptum reliquit Trithe-
mius in Chronico Sponheimensi, anno Redemptoris M. D. I. His temporibus multiplicati fuerunt hæretici in
Bohemia, qui vulgo Fossarij nominantur, propterea, quod in
fossis & occultis speluncis nocte conueniunt, turpitudinem si-
ne differentia personarum, more bestiarum, exercentes, quæ
Ecclesiam Dei & ministros eius contemnunt, sacramentair-
rident, infinitos scaturientes errores. Crescit hoc nefandissi-
mum genus hominum & mirum in modum quotidie augetur,
in tantum, quod anno prænotato numerus eorum maior XIX.
millibus fuit inuentus. Sed & nobiles atque potentes quam-
plures in regno Bohemiae adeo turpisimos hæreticos declina-
runt: è quibus unus, Christophorus nomine, vir nobilis & di-
nes, quadraginta florenorum millia inter eosdem hæreticos
pro eleemosyna distribuens, unus ex eis factus est.

His temporibus in Bohemia nobilis quidam Laurentius
Glaaz de Rotenhausen, fide & conuersatione bonus Christia-
nus, qui emerat oppidum quoddam, Gurrické dictum, in quo
reperit oppidanos ferme omnes prefata secta hæreticos, qui-
bus

bus cum legem proposuisset, ut aut renunciarent errori, aut bonis omnibus relieti ab oppido discederent, omnes unanimitate cum baculis suis exierunt, omnibus que habuerant relicti, profecti ad alios erroris sui consciens, a quibus tanquam martyres Christi fuerunt in gaudio & honore suscepisti, & cunctis necessariis copiosissime prouisi. Apostolorum se profitentur imitatores, homines sine Deo, sine corde, Diabolo pleni. Sunt autem homines astutissimi, & in sua secta mirabiliter docendo, disputando ac defendendo periti, in tantum, quod non facile a quolibet rationibus disceptando poterunt superari: nullus tam grossi intellectus reperitur, qui tamen usum rationis habeat liberum, qui non mox hanc sectam fuerit professus, in ea defendenda rationibus (ut eis videtur) doctissimus euadat.

Sed ne quis rem alicuius miraculi existimet, causam tantæ mutationis dicemus, ut omnes non Deum, sed malignum spiritum in ipsis operantem intelligant. Quicunque in illam secretam intromitti prudentia societatem exoptat, primum aliquo celebrante Catholico sacerdote, Ecclesiam ingreditur, & stans in angulo, vel secreto aliquo loco, per totam missam verba quadam contumeliosa (quæ nos propter infirmos exprimere non decet) contra Sacra menta loquitur sub silentio, cum intentione sibi a docente proposita, quibus post finem missæ completis, musca magni corporis aduolat, & pennarum strepitu significans se adesse presentem, oris introitum petit: at vero mox ut ille os suum aperuerit, ingreditur illa, & homo spiritu diabolico impletur, efficitur q̄ in ea secta doctus & mirabiliter astutus. Verum ipsi muscam illam non Damonem, sed spiritum sanctum esse confirmant, qui in eos, ut veros Apostolorum imitatores, sicut in die Pentecostes in illos quondam descendens, eruditos faciat & constantes: & reuera non constantes, sed perniciaces sunt, nec ulli tormentorum generibus

ribus à suis erroribus ad rectam fidem reduci unquam potuerunt. Nouimus Conuersum unum, qui hæretorum deceptus consilio, ea (que diximus) sub missa fecit & dixit, sed cum strepitum muscae caput circumvolatius audisset, pauefactus in terram cecidit, & vix muscā, ne os ingredere tur, abigere potuit. Verum non omnes, qui eam profitetur sectam erroris, adhanc secretam maligni spiritus infusionem venire permittuntur, ob certas rationes & causas.

Hæc de istis Hæreticis adducere placuit, ut quos & quales sectarios Fridericus Episcopus euersum iuerit, clarius intelligeretur: nam omnes isti fuere Waldensium stolones & genimina, perniciosa foecunditate adeo pullulantia, ut nisi seuerior medicina adhibita fuisset, vix cohiberi potuissent; cōtra quos etiam scriptis certatum est à variis scriptoribus, quorum nonnullos non ita pridem euulgauimus.

XLVIII. Joannes hoc nomine Secundus.

Baro ab Heideck, Præpositus cathedralis Ecclesie Bambergensis. Electus anno M. CCCC. XV. ipso die S. Leodegarij; cumque sedes Apostolica tunc vacaret, à Metropolitanu suo Moguntino Ioanne confirmatus est; & mox Bambergē in Episcopum consecratus, affabilis, pius, mitis, iustus & mansuetus, & ita rationes suas instituens, ut quantum in ipso erat, pacem cum omnibus coleret, amatus à summis, mediocribus & infimis, omnis pompa, fastus ac superbiae osor, adid vnum incumbens, vt iura & bona Episcopatus non modò integras seruaret, sed & augeret. Varias, easque graues calamitates & ærumnas subiit, præsertim durante illo Principum foedere aduersus Ludouicum.

Ducem

Ducem Bauarię de Ingolstadio, vt tunc loquebantur, in quod & ipse nomen suum dederat. Vide Chronicon Elvavense anno M. CCCC. XX. In Bohemiam pro exstirpandis Hussitis subsidia hominum & armorum crebrò submisit. Diem Conceptionis Deiparæ Virginis, vt & natalem S. Kunegundis Imperatricis in choro & in foro festum esse voluit, & lege lata mandauit. Tandem senio & ægritudine confessus obiit in Arce Montis Willibaldini anno M. CCCC. XXIX. III. Nonas Iunij. Sepultus in choro S. Willibaldi.

XLIX. Albertus hoc nomine Secundus.

Natus patre Ioanne de Rechberg, & matre Sophia de Helfenstein Comitissa. Canonicus Constantiensis & Eystettensis, & Collegiatæ Ecclesiæ Herrnriedensis Præpositus: Episcopatum adeptus anno M. CCCC. XXIX. feria secunda ante festum natalitium S. Ioannis Baptistæ: non diu post à Martino V. tunc Anagniæ residente, ob pestiferam luem Romæ græfiantem, confirmatus, & Eychstadij Episcopali consecratione inauguratus, affabilis, mitis, humilis, hospitalis, pacis amator, quam coluit, & inter vicinos principes fouit, quantum potuit: etiam ære suo & impensis; miræ prudentiæ & prouidentiæ, qua abundè compensabat, si quid doctrinæ in scholis tradi & disci consuetæ deesse videretur. Milites conductios tam equites, quam pedites propulsandis à Diœcesi Hussitis pluribus annis habuit, & ad limites quoque Bauariæ tuendos, vt Chamum & Weidam, aliquos ablegauit, & in ipsam itidem Bohemiam arma & milites magna numero misit, et si occulto Dei iudicio, & hæc &

Ss

omnia

omnia alia hostibus in prædam cesserunt, nostris de-
victis, vel potius antequam vincerentur, fuga dila-
psis'.

Facultates Episcopatus luculentis accessionibus
ampliavit. Quicum cathedralm S. Willibaldi laudabi-
liter annis X VI. Mensibus III. de mortis duobus die-
bus, tenuisset, in grauem morbum incidit, quo & ex-
stinctus est. Anno salutis M. CCCC. X LV. dies sancti
Gorgonij Martyris, circa ætatis suæ annum LV. sepul-
tus in choro S. Willibaldi ante altare B. Barbaræ Vir-
ginis & Martyris'.

Sub hoc Episcopo, anno M. CCCC. XXXVI.
habitus est Eychstadij conuentus principum ad re-
conciliandos Bauariæ Duces Henricum & Ludouicu-
m; cui conuentui ipse met Ludouicus præsens in-
terfuit, sed irrito conatu, dissensionibus non extin-
ctis, ut scribit in suo Chronico Andreas Ratisbonen-
sis: eadem reconciliatio paulò post auctoritate Con-
cilij Basileensis tentata est, scriptæque pacis leges, in-
quibus si quid dubitationis existeret, iudex datus est
Episcopus Eystettensis, quisquis pro tempore fo-
ret.

L. Joannes III. hoc nomine.

Huius Episcopi res gestæ in Codice M. S. seu in
Supplemento Gundackari copiosè describuntur.
Quam descriptionem hic verbatim inserere placuit.
*Ioannes de Eych, Propositus VVetzflariensis, Subdiaconus &
Canonicus Ecclesie Eystettensis, Cal. Octobris, concordicano-
nicorum voto, non sine expectatione & plausu maximo popu-
li, in Episcopum eiusdem Ecclesie eligitur. Qui post dies pau-
cos à Theodorico Archipræsule Maguntino, super Romane
Pontin.*

Pontificatu, eo tempore Eugenio & Felice contendentibus, confirmatur, & in Decembri Diaconus, Quadragesima Presbyter & Episcopus ordinatur. Is ex patre Carolo de Eych, viro militari, propter singularem prudentiam & facundiam Franconie notissimo ac præcipuo: ex matre Margareta de Helpurg, femina pudicissima, natus, ut ingenio, sic eloqua-
tia quamplurimos sua etate superauit, præter ceteras tamen bonas artes iuris utriusque olim studiosior fuit, doctoralique mitra duplacie redimitus, VViennam postea accersitur, Ponti-
ficium ius publicè ac ordinariè lecturus. In quo exercitio diu
versatus, tandem Alberti Austriae Ducis, ad quem Romanum
Imperium postea delatum est, eoque mortuo Alberti, qui Fri-
derici Casaris frater fuit, curiis adductus, atque utriusq; Can-
cellarius fuit. In Concilio Basileensi regium oratorem magni-
ficè gesit, indiesq; rerum humanarum experientia ampliore ei
accesit, ut etiam ad rem publicam gubernandam, mitto Pon-
tificale officium, idoneus meritò videretur.

Eloquentia igitur, prudentia & doctrinæ eximiè clarus,
cum iam pastoralem mitram accepisset, virtuteq; sc̄redimire,
ac exemplo boni pastoris, gregi sibi credito studiosè prodesse
conaretur, multo seruore, tantaq; grauitate pontificalia offi-
cia perfecit, ut assistentibus numen quoddam cœleste præsens
videretur; ipsem ad populum plerumque sermonem habe-
bat, ipse Clericos, vestes sacras, vasaque consecrabat, & quod
magis mirere anno Iubilao confessiones ipse audire non dedi-
gnabatur.

Erat insuper clementia & humanitate conspicuus, suo-
rum querimonii aures perbenignas quotidie præbere, sim-
plicitatem & ineptias eorum, quo ad potuit tegere, aut huma-
nißimè ferre solebat: Christi pauperibus potissimum se cle-
mentem exhibens. Nam eorum nemini ut cunque misero aut
abiecto aures negabat, quos plerumque inter equitandum ad

ss 2 se

setendere videns, incessus segnes, etiam inter pluias & ventos operiebatur. Neminem prætersens, cui petenti elemosynam nondaret, assuerans opes Ecclesie idcirco tantummodo sibi gratias esse, quod pauperum necessitatibus ex his posset succurrere. Sobrietatis ac parsimoniae præcipius amator fuit, quippe antequam rebus humanis eximeretur, per hebdomadem bis, in aduentu vero quotidianum ieiunium obseruabat, aliis diebus cœna exigua contentus, ubi magis auribus sacras lectiones, quam ventri pabula deliciae ḡ parabat. Voluptati deditos, maximè temulentos, mirum in modum aspernabatur. Extra refectioni destinata tempora, neque cibum neque potum sumere visus est. Denique veritati sic studuit, ut verba ipsius, veluti iure iurando firmata fidem facerent omnibus. Nam nemo unquam, ne ioci quidem gratia, vñnum quippiam aut fictum ex eo audierat. Modestus, patiens, blanda, eximiāque grauitate prædictus fuit, ludos, iocos ḡ omnes seu rerum turpitudine, seu verborum obscenitate diffluentes, atq; adeo quidquid virtuti inimicum est detestari, honestis voluptatibus se oblectare solitus. Semel in anno cum canonici suis pro consuetudine venationi interfuit.

Primo Pontificatus sui anno & diuini & humani juris pe-
ritorū consilio, statuta plurima edidit, quæ acclamacione cleri
probata, & vulgatissima redditasunt. Provincialia quoque,
& predecessorum suorum statuta, quæ iam per diœcesin, fer-
mè consuetudine oblitterata fuerant, in lucem reduxit. Multa
insuper alia, quo imperitos & rudes in regenda animarum
cura adiuvaret, edidit, prout ex ordinationibus suis animad-
uertere licet. Synodus singulis bienniis, nisi communi patrie
periculo præpeditus, celebrauit; cui ipse præsidens, auctoritate
& doctrina sua plurimum profecit; se quoque fraternæ corre-
ctioni cleri sui subiicere non dignabatur.

Monasterium S. V Valpurgis in ciuitate Eystettensi situm,
ubi

ubi regularis obseruantia iam exulauerat, labore maximo, obstantibus sibi nobilibus multis, reformat, funditusq; di-
rutum, nam vetustate & incuria fermè corruerat, adificiis
renouarifecit. In dies, præsulis vigilantia, nedum in spiritua-
libus, sed temporalibus quoque monasterium augetur. Nam
vbi olim viuebant decem tantum, nunc triginta aut quadra-
ginta Christi virginibus pro alimētis redditus monasteriū suf-
ficiunt. Eiusdem professionis Monasterium, nomine Bergen
adificiis, & obseruantia regulari optimè instauratum rel-
quit. Canonicos Regulares in Rebdorff vita seueriori instituit,
VVindesheimensis obseruantia ritus ac statuta illuc transfe-
rens. Fratres Prædicatores in ciuitate Eystettensi, D. Domi-
nici præcepta negligentes, regularem vitam amplecti com-
pulit, rebellibus procul pulsis. Multa denique sollicitudine
clero suo inuigilauit, adeo, ut pæne omnium presbyterorum
suorum, maximè curatorum nomina, vel personas, & mores
probè cognosceret. Itaq; diæcesim suam in spiritualibus, quan-
tum hominis diligentia effici potest, optimè institutam reli-
quit.

Neque in temporalibus minus solers fuit, quippe qui Ec-
clesia bona & censu à prædecessoribus suis quæsitos, non mo-
do cōseruatos, sed auctos etiam successoribus reddidit, tamet-
si plurimis incommodis & aduersis premeretur. Duo quidem
bella grauias sua tempestate emerserunt; primo quod inter Al-
bertum Marchionem Brandenburgensem, cui confederatus
erat, & Nurenbergenses gerebatur; Eystettensis Ecclesia bien-
nio continuo rapinas, incédia, agrorumq; populationes, pati-
tur, quare impensam grauem facere, asq; alienum contrahe-
re cogitur. Non dum huins belli arumnas satis reparauit Epi-
scopus, & aliud inter Ludonicum Baioariæ Ducem, Henrici
filium, & Albertum Marchionem prædictum exoritur, quo
bello ciuitas Eystettensis à Ludonico Duce obsessa oppugna-

ss 3 tur.

tur. De quo Trithemius in Chronico Sponheimensi.
Eodem anno M. CCCC. L VIII. Ludouicus Dux Bauaria
magno exercitu Bauarorum, Bohemorum & Australium con-
gregato, ciuitatem Eystettensem obsedit. Sed concordia inter-
ueniente, discessit. Ita Trithemius. Postea tamen anno
M. CCCC. L X. rupta concordia inter Albertum,
Marchionem & Ludouicum, Ludouicus Eichsta-
dium & Episcopatus arces suam in potestatem rede-
git, vt est in Chrontico Elvavensi, cuius Auctore est
Matthæus Mareschalcus.

Capiendi Aichstadij hanc cauissam Ludouicus
habuit, teste Andrea Ratisbonensi in Chronico. Occu-
pauerat Ludouicus Donavverdam. Imperator no-
mine Imperij ciuitatem repetiit, & vt spolium redde-
ret, mandauit. Dux nolens eam spolijs nomine possidere, in-
quit Andreas, tradidit eam in manus Ioannis de Aich, Epi-
scopi Eystettensis, donec iudicialeiter decerneretur, cui traden-
da esset. Episcopus verò reddidit Imperio. Quo facto Ludouicu-
sus obsedit ciuitatem Eychstett, quæ per placitam se dedit; qua
occasione bellum inter Ludouicum & Albertum,
Marchionem Brandenburgicum recruduit.

Sed iam denuò supplementum Gundackariau-
diamus. Deinde fædus, quod cum Alberto Marchione Iohan-
nes Episcopus pepigerat transactione tollitur. Eo tempore
belli, quod biennio, & eo amplius, inter Ludouicum & Alber-
tum gestum est. Ecclesia Eystettensis, tametsi ab armis silebat,
ab utroque exercitu, qui haud longè ab agro Ecclesia castra
fixerunt, graui incommodo & pressura affecta est. Præter pu-
blica bella, latrunculi quamplurimi Ecclesiam etiam infesta-
uerant, ad quorum temeritatem arcendam æris atque opera
multum impendit. Et inter hec atque innumera alia infortu-
nia, ut supra dictum est, censua Ecclesia auget, id ex rationum
libris

libris suis collatis Calendariis prædecessorum animaduertere
licet, &c.

Hic etiam pro Republica primo Pontificatus sui anno; Indianaos, perniciem Christianorum, ac ciuitate & oppidis suis propulit, ac suis, ne mutuum ab eis sumerent, edicto publico vetuit. Taxillorum atq[ue] alii illiberalibus ludis, quoniam eorum studiosi parum rei sua prospiciunt, similiter prohibitis. Comessationes ac cõiuia, nisi exigno sumptu apparata, tanquam virtuti & rei augenda contraria, mirum in modum tum pœna, tum exemplo parsimonia & restinxit, qua antehac in ciuitate creberrima fuere: Ius cuique & quæ reddere studium fuit. Multa quæ in iudicio reformanda viderat, prudentissime limauit. Inter alia reformationem statutorum, ac iudicij Eystettensis, summo consilio editam, perpetuò obseruari voluit. Ordinem etiam iudiciarium compilauerat, iuris scientiam præcipuam redolentem, sed nondum emanauerat, dum mortem obiret. Edidit & alio tractatulos, ac monasteriis chartas, que recte viuendi normam darēt, de comparatione vita actua & contemplative. Item de constantia ad virgines S. V Valpurgis; ac alia quædam reipublicæ ac religioni proficia. Ciuium odia & similitates, tanquam reipublicæ pestem, acerrimè resecauit pacis amator præcipuum. Nihil sine consilio agere solebat. Fuit sane speculum & decus Pontificum, testimonio omnium, qui ipsum nouerant, iure optimo reputatus, qui & Principem & Episcopum ac patrem sese exhibere nouerat. Canonicorum suorum amans fuit, eorum maxime, qui exemplo iuuentuti prodeßent, vel quorum indoles senibus spem bonam pollicetur, &c.

Die Innocentum velut testamentum facturus, percepta prius sacra communicione, atq[ue] unctione extrema, seniores capitulo, Iohannem de Heltpurg Decanum. Iohannem de Leonrod, & quosdam alios accersit, his verbis eos compellans. Non ignorat

ignoratis, venerabiles viri, mortem communem omnibus, horam vero eius nulli satis exploratae esse. Itaque ne me imparatum ea inueniat, Sacramentis, ut religio nostra suades munitus itineri ex hac mortali vita me accinxii. Solent autem pari atque ego sum vinculo astricti, testamenta condere, ego cum D. Augustino sine testamento, quoniam unde id faciam non habeo, decidere tuis duxi: hoc tamen, si quid unquam de Ecclesia benemerui, ex orariis vos velim, ut dum carnis intra persoluero, funus primo ad hospitale nostrum afferri, atque illuc exequias peragi curetis, distributuri miseriis inibi degentibus argentum, ut habeant eleemosynam Ecclesia, ut pronobis ad altare offerant, quam oblationem Deo gratam, & mihi profuturam maximè non ambigo. Deinde apud Ecclesiam cathedralem Deo optimo sacrificiis placato, S. VV alpurget templo funus reddi, terraq[ue] mandari iubeo. Præter id nihil effigitarat, nisi ut mercenariis atque ministris, aliis q[ue] creditoribus satis facerent. Respondebant canonici, quantum lacryma sinebant, si qua maiora peteret, morem geri oportere, ita de Ecclesia meritus esset. Abscedunt maestri, nam signa mortis certissima apparebant. Sed cum nemo mortis nuncius esset, tandem Ioannes Mendel Cancellarius suis, quem eximiè charum habebat, animatus, veluti per ambages primum progredivi, huius seculi vanitates detestatus, eternæ vite cupidinem, quo mortem aquius ferat, multa ratione persuadet, adiiciens mortem iusto requiem, sceleratis vero, quos tormenta manent, formidabilem videri, morbum autem, quo premeretur, remedium atq[ue] piaculum peccatorum assuerans. Non sunt, respondit Praeful, condigna passiones huius seculi, ut Paulus ait, ad futuram gloriam, quare reuelabitur in nobis. At Iesu Christi filii Dei, misericors humani generis Saluator, per mortem & passionem, quam pronobis peccatoribus pertulisti, respice me indignam creaturam tuam, & ex hac vita migranti

granti auxiliatricem manum porrige, Deus meus misericordia mea.

Acceptam deinde Crucifixi imaginem, quam Cancellerius manu tenebat, pectori admouens, utroque brachio strinxit, ac deosculatur, orationes deuotissimas primò crucifixo eius, deinde genitrici, *V Villibaldo, & V Valpurga* patronis postremò, dixit. Orabant presbyteri litaniam, quibus deuotè respondebat. Manus post hoc auxilio eorum, qui aderant, elevans, atque ad cælum protendens, multas ex ordine orationes habuit, hoc versiculo sepius repetito, concludens. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Moritur autem Cal. Ianuarij mane hora quarta, anno Domini M. CCCC. L X I V . etatis sua sexagesimo, cum iam sedisset annos octo & decem, menses tres, cuius corpus in monasterio *S. V Valpurga* in Capella *S. Agnetis* conditum est.

Pius II. Pontifex Maximus auditam morte Ioannis dixisse fertur in cœtu Cardinalium, Ecclesiam meritò lugere debere, quandoquidem columnam auream, & Ecclesiæ præcipuam, & Alamannia notabilem prælatum perdidisset. Haecenus Appendix ad Gundackerum, cui etiam inserita est epistola Aeneæ Syluij, postea Pij II. ad Ioannem, cuius exemplar huc transcribere placet, tum alias obcausas, tum quia non parum discrepat ab illa, quæ in editione Basileensi operum Aeneæ Syluij legitur lib. I. epist. num. 79.

Aeneas Sylvius Senensis, Imperialis Secretarius S. P. D. Reuerendo Patri ac claro Principi Johanni de Aich, electo Eystettensi. Fecisti per benignè, Pater optime, quod in literis tuis, quas hic ad amicos misisti, de tuo successu, mei quoque memoriam habuisti. Nec enim Aeneam tuum, quæ tibi obuenierant bona ignorare voluisti, quem sciebas tuo gaudio solidè gauisatum. Ego igitur, vir præstatiſime, gratias in primis Deo Opt.

T & Max.

Max: refero, quite dignis honoribus extulit. Post hoc magna-
perè laudo Capitulū tuum, singulosq; Canonicos, qui suæ pro-
uisorem Ecclesie, non ut plerique faciunt, qui indoctos, impe-
ritos, inexpertos, inertesq; assumunt: Sed te virum scientia
iuris, ac omnium litterarum peritia clarum, in rebus agendis
diu versatum, apud Principes etiam singulari solertia predi-
cum, elegerunt. Utinam horum exemplum & alij sequen-
tur. Nempe non sic laicorum impressionibus Ecclesia terre-
rentur, Si earum gubernacula apud eos essent, quos studere
sapientia contigisset.

Postremò tibi admodum regratiōr, qui factus maior non
despicis me minorem, ut plerumque fieri solet. Mos enim ho-
minum est, ut quæ infra sunt, semper contemnant. Hinc vul-
go pronerbium est. Societas hominum dirimi, quoties alium
alius dignitate vel opibus exceedere cepit. Sed ista inter ple-
beios contingunt, qui non in virtute, sed utilitate omnem vi-
tationem ponunt. Viri autem boni & virtutis amatores,
ut magis eleuantur, eo magis amicorum meminerunt. Nec
enim Africanus iunior Lalij unquam oblitus est, aut eum par-
ni fecit, quamuis ipse duos consulatus, cum summo populi de-
siderio suscepit, ille vero candidatus ex petitione deiectus fue-
rit. Nec Peritheus Archytam neglexit, quamuis fortunatus,
ille vero captiuus esset sed libertatem amico impetravit. A-
micitia enim, quæ inter virtutes est, nec varietate fortune,
nec tempore minuitur. Ita internos esse video bonitatē tua.
Quia licet inter Antistites Ecclesiarum, & seculi principes
sublimatus sis, qui modo pritatus fuisti, non tamē mei memo-
riam ponis, sed inter varias occupationes, quæ in principiis
dignitatum adeptarum euenire solent, inter magnas curas,
inter q; diuersos strepitus, de me scribere non neglexisti. Indi-
cium est mihi hoc maximum, firmam esse, stabile perpetuan
& immortalem benevolentiam nostram.

Verum,

Verum, Praesul amantissime, quamuis ego mihi gaudeo,
quod amicum honoribus auctum, & in sublimi positum vi-
deo: Tibi vero a gaudere debeam, hæreo. Nam tuam digni-
tatem, tuasq; diuitias multæ curæ, multæ anxietates, multi
metus sequentur. Nec enim augeri opes possunt, quin & labo-
res crescant. Omnis potestas subiecta est inuidia. Qui Epi-
scopus est in specula sedet, omniumq; oculos in se conuersos
habet. Si benefaciat, fecisse debitum dicitur; si male, linguis
omnium carpitur. Addo, quod nemo tam sanctè viuere po-
test, quin aliqui se offensos putent. Nihil est, mihi crede, in
hac vita mortali darius, quam Pontificatum gerere. In quo si
Deo places, hominibus displices. Seruare medium, arduum
est. Ut cunque sit, nauigandum est hoc pelagus, pro salute com-
muni seruendum est reipublica. Nec enim nobis nati sumus,
(ut Plato dicebat) sed ortus nostri partem amici, partem pa-
triae vendicant. Ego autem addo partem etiam Ecclesie debe-
ri. Etsi nos totos obligatos sibi dixerim, que nos Christorege-
nerauit, non errauerim. Exinde cum te intus & in cœte noue-
rim, moderationemque tui animi sciam, nullum mihi dubium
est, quin tuus honor perpetuo duret, cum tuas virtus ater-
na. Et si Magistratus virum ostendit, ut Bias inquit, in hoc
Pontificio tuo præstantes animi dotes, quæ latebant, manife-
stabis, sed omnia hac cum labore multo, diuersisq; anxietati-
bus facies.

In omnibus his tamen moneo te, precor, obtestorque,
ne magis populo, quam tibi viuere studeas. Metire tempus
tuum, & aliud reipublicæ tribue, aliud tibi retine. Relaxa
nonnunquam euras, animumq; oblecta. Scipio Lælius q;, de
quibus suprà memini, quamvis magni essent viri, & rempu-
blicam suis ingenii, studiisq; sustinerent, nonnunquam ta-
men in Laurentem agrum exentes, sic se otio, quietique da-
bant, ut conchas umbilicosq; legentes, ad magnam diei par-

T. t. 2.

tem

tem iactu lapillorum oblectarentur. Oportet sic agere, mihi
crede, præful insignis. Nam qui semper seria tractat, quam-
uis non est mortuus, viuens tamen moritur. Tu ergo, qui iam
maximam dignitatem adeptus es, effice, ne te magis dignitas
possideat, quam tu illam in potestate habeas. Multi sunt mo-
di, quibus animus relaxatur. Interdum libris indulendum,
interdum venatibus non prohibitis ac pescationibus. Multi
sunt modi metis secessus. Cura ut fideles comites habeas, cum
quibus non aliter, quam tecum ipse loquaris. Inter omnia ho-
minum oblectamenta, nulla maior voluptas est, nulla iocun-
dior, nulla securior, quam cum fideles amici innicem coeunt.
Deniq; ita est, nullius boni (ut Seneca dicit) sine socio iucunda
possessio est. Quanto quis maior est, quanto ditior, quanto po-
tentior, tanto fideli amico magis indiget. Tibi haec pluribus
verbis dico, quam opus siet. Tu hoc partim legendu, partim in-
ter homines viuendo didicisti. Fac ergo uti opus sit. Ego mihi
ipsi congratulor, quod te sic sublimatum audio.

Scripsoram tibi nuper de miseriis Curialium longam E-
pistolam, sed tu iam in eostatus es, ut his scriptis non indiges,
curabo tamen, ut epistolam videas. Nam quanto maiores sunt
illorum anxietates, qui principibus servientes tedia subeunt
curiarum, tanto magis lataberis, cum te his liberatum vide-
bis. Apud Italos Antonius Massanus, ex ordine Minorum,
magnus verbi Dei prædicator fuit, Cuius sermo tam populo
acceptus erat, ut ad magnam diei partem absque cibo audire-
tur, callebatque homo & gracas & latinas literas, hunc sua
virtus generalem Ordinis Magistrum fecit, post Episcopum
Massanum. Non tamen tot dignitatibus auctus, sermonem
deseruit. Me præsente, Senis prædicare de paupertate cecepit,
multaque incommoda pauperum, multasq; miseras in me-
dium adduxit. Exinde quid dicam inquit? Tot sunt paupera-
tis tedia, ut nihil supra. Ego quidem gratias Deo refero, qui per

per Episcopatum hūis liberatus sum. Sic ergo & tu dicere potes. Nam Episcopatus ex miseriis curialium te extraxit, quod tam mihi iucundum est, quam tibi utile. Tu vide, ut diues factus, sis non pauper: Iam tibi facultas est, qua potes quam multos ditare. Cura homines dignos promoueas. Non tamen si te legere hac astrinxeris, quin etiam pro tuo libitu aliquibus non excellentibus omnino benefacias. Is cui scripsisti de tua promotione, multum in tesperat, vir bonus est, & tui amantissimus. Fac ut eius notitia non sit apud te infructuosa. Inter alios autem, quos dignos & virtute præstantes ad beneficia Ecclesiastica promoueris, si unum vel alterum minus dignum subleuaueris, non erit reprehendendum, quia non vituperatur, qui errat semel, sed qui errat magis, quam benefacit. Concedendum est aliquid amicitiae, atque consuetudini, non tamen cum præiudicio veritatis, quam Platoniprætulit Aristoteles, meo iudicio magis fame, quam veritatis amore. Michaël Pullendorf Secretarius regius, ex tua promotione mecum latatus est valde. Nec ego quenquam scio, qui dignitatem in te colloquiam non magnopere commendet. Vale ex Vienna, die XXI. Octobris. Anno M. CCCC. XLV.

Teritur eiusdem Æneas suprà memoratus, isque elegans libellus ad eundem Ioannem, necdum Episcopum creatum, de Curialium miseriis, quas ut copiosè, ita profectò scitè depingit, oculisque subiicit, scripsit autem Æneas hūc libellum eodem anno, quo Joannes Episcopali insula redimitus est, nempe anno M. CCCC. XLV.

Cum Gallia Delphinus Alsatiā inuasisset, misit ad eum Fridericus III. Imp. Episcopum Augustanum, & Ioannem de Aich, sciscitatum, quid caussæ sit, cur Imperij fines cum valido exercitu intrauerit, ut scribit Æneas lib. I. epist. LXXXVII. Ex quo apparet

Tt 3 ma-

magnam fuisse Ioannis istius in Aula Imperatoris estimationem. Eiusdem tanquam Regij Legati ad Concilium Basileense meminit idem Æneas in ipso statim vestibulo Commentarij de Concilio Basileensi, cumque plurime electionis Iureconsultum appellat.

Plures synodos dioecesanas & plura synodalia decreta videtur Ioannes edidisse: ex quibus in Compendio statutorum Eystettenium sub ipsa ferme Typographiae incunabula excuso, reperitur Decretum de quatuordecim Articulis vel potius partim abusibus partim vitiis extirpandis; & Germanica instruatio ad confessionem annuam ritè obseundam. Decretum illud editum est anno M. CCCC. LIIH.

Successor quoque Ioannis Wilhelmus synodales quasdam regulas eiusdem Ioannis denuò publicauit, earumq; observationem omnibus dioecesanis in unum xithis verbis: Statuta quedam synodalia, felicis memoria Domini Ioannis, immediati predecessoris nostri, anno Domini M. CCCC. XLVII. in synodo protunc publicata, prout iam pridem similiter ac per nos actum est, ratificamus, & nunc presentibus ratificamus, certo moderamine in eisdem obseruato, prout ex infra scriptis nostris statutis intelligetis.

Exstant istae constitutiones Ioannis in supradicta Epitome statutorum synodalium Eystettenium, ubi Ioannes, inter cetera, ita præfatur. Edidimus synodalia statuta nonnulla, in his per bona memoria quondam Reimboldonem, Philippum, Berchtoldum & Albertum immediatum predecessores nostros promulgata renouantes, &c.

Habuit graues controversias cum capitulo suo super iurisdictione Cleri, qui est in ciuitate Eystetteni, nam hinc Episcopus, inde Decanus cathedralis eam sibi vendicabat. Tandem res à Nicolao V. Pontifice demanda-

demandata est Nicolao S. Petri ad Vincula Cardinali, Apostolico per Germaniam Legato, qui litem composuit anno Domini M. CCCC. LI. Quæ compoſitio exstat in epitome statutorum synodalium Eystettensium.

Huic Præfuli à Pio II. Pontifice Max. demandatum est, quod in Chronico Sponheimensi his verbis Trithemius memorat. *Hoc anno M. CCCC. LXI. Pius Papa II. scripsit & commisit & mandauit Episcopo Eystettensi, quatenus assumptis ad se viris probis, religiosis & peritis, euocatisq; euocandis, tres illas obseruantias Ordinis nostri, in Alemannica natione nouiter instauratas Bursfeldensem, Mellicensem, & Castellensem, & si quæ essent alia, reducere in unum auctoritate Apostolica, contradictores per censuras Ecclesiasticas ad obedientiam compellendo. Huius occasione mandati multi interea sunt facti labores & expensa diversis temporibus: sed usque in hunc diem nullus est secutus effectus, propter nimiam diuersitatem ipsarum trium obseruantiarum in multis. Hæc Trithemius.*

Huius Episcopi iusu in membranis puris, mundo charactere descriptæ sunt historiae patronorum Ecclesie Eystettensis, vita scilicet S. Willibaldi, Auctore Philippo XXXIX. Episcopo Eystettensi, quam nunc primum in lucem proferimus. Vita S. Walpurgis, eodem Philippo Auctore. Vita & miracula eiusdem Virginis à Wolffardo Hasenrietano libris quatuor comprehensa vñà cum rhythmis Medibardi de eiusdem Virginis miraculis Hodœporicon seu Itinerarium S. Willibaldi, & vita S. Wunibaldi. Codex, qui hæc omnia continet, afferuatur Eystadij in Arce Episcopali; absolutus anno Domini M. CCCC. LVI. Ex quo apparet, præfuli huic curæ fuisse, ut memoria di-

uorum

uorum Eystettenſium non intercederet, sed ſemper
recens & quaſi vegeta ad posteros transmitteret..

L.I. Wilhelmus.

Ex nobili familia de Reichennavv, Decretorum Doctor, antea Ecclesię Eystettenis Canonicus & Pre-
poſitus, electus in Episcopum X V I. die Ianuarij an-
no ſalutis M. C C C C. L X I V. Et à Pio II. Pontifice
Max. confirmatus. Regalia accepit à Friderico III.
Imp. Neustadij in Austria, cui charus & per quam ac-
ceptus erat, ſæpiusque in Comitiis & conuentibus
Imperij, vices Imperatoris geffit; à quo, ut & à Maxi-
miliano filio, poſtea patris in Imperio ſuccellore, va-
ria priuilegia & immunitates pro Ecclesia Eystetten-
ſi obtinuit..

Sub hoc Episcopo conditum eſt ſanctimonialium
Monasterium Marienſtein; (Mariæ Lapis) inter Eych-
ſtadium & Rebdorffum; & aliud eiusdem ſexus Ma-
riæburg prope oppidum Arnbergam, vtriusque ſtru-
eturam & prouenteus non parum ſua liberalitate iuuit
ac promovit, Festum præſentationis Deiparæ Virgi-
nis in Ecclesia cathedrali perque totam ſuam dioce-
ſin celebrari iuſſit. Reliquias vel aliquid de Reliquiis
S. Willibaldi, S. Walpurgæ, & S. Richardi vna cum Le-
gendis, Officiis ac Reſponsoriis in Notis, Regi Angliae (qui
vel Richardus II I. vel Henricus VII. erat) transmisit,
Cui ſacra iſta munera gratiſſima acciderunt; moxque
in honorem iſtorum Cælitum diem festum indixit.
Landiſhutæ cum Imperatore Friderico, multisque
aliis tā Ecclesiasticis, quām politicis principibus nu-
ptias Ducis Bauariae Georgij cohonestauit, ut ſcribit
Andreas Ratisbonensis in Chronico anno M. C C C C.

LXXV.

LXXV Facultates & redditus Episcopatus egregie au-
xit, arcesq; & ciuitates communiit, seditq; XXXIII.
annos, duos menses & vnum diem. Excessit hinc an-
no M. CCCC. XCIV. XV. Kalend. Decembris, se-
pultus in choro S. Willibaldi cum septuaginta circi-
ter annos vitæ explesset. Tumulo hoc Epitaphium
adscriptum legitur..

*Vvilhelmo Episcopo Eystettensi, viro omnium virtutum
genere ornatisimo, quem ob singularem fidem atque pruden-
tiam, Fridericus Cesar, & Maximilianus Rex, non modò in
consilium de maximis Imperij rebus præcipuum asciuerunt,
sed etiam legatum, alter ad Matthiam Hunnorum, alter ad
Carolum Gallorum reges miserunt: Maximilianus etiam post
Friderici patris obitum, parentis loco in summis rebus habuit,
& verbis compellare consuevit: Vixit in Episcopatu annis tri-
ginta tribus. Moritur in Messing, anno Domini M. CCCC.
XCIV. XIV. Kal. Decembris.*

Magnam si qua viro tribuit sapientia landens,

Hic summo præsul dignus honore iacet.

Cui nibil obiiciunt inimici præter honestum

Crimen: quod Regi & Cæsari amicus erat.

Fuit hic Wilhelmus Academiæ Ingolstadiensis primus
Cancellarius, & cum anno salutis M. CCCC. LXXII.
Academia à fundatore suo Ludouico, solenni more
initiatetur & propalaretur, adfuit idem Episcopus
cum Episcopis Frisingensi, Augustano & Ratisbonen-
si, Regisque Hungarici Matthiæ Legato.

Auctoritate & approbatione Wilhelmi typis ex-
cusa sunt Decreta nonnulla synodorum Eystetten-
sium, quas tam ipse Wilhelmus, quam Antecessores
eius celebauerant, additis etiam Constitutionibus
synodalibus Moguntinis, quas ex variis Moguntinis

Vu Conci-

Conciliis desumptas Petrus Archiepiscopus Moguntinus vnum in librum collegerat & congregaverat; ne illis quidem omissis, quas Theodoricus Archiepiscopus anno M. CCCC. L. I. in Concilio quodam promulgarat. Petierat Matthias Walcker Reutlingenensis Typographus à Wilhelmo Episcopo Codicem statutorum Eystettensium: cui Wilhelmus hoc Epistolio respondit. *Dei gratia VVilhelmus, Episcopus Eystettensis fideli nostro dilecto Matthiae VValcker de Reutlingen, salutem.* Statutorum nostrorum synodalium ac provincialium volumina, quae à nobis summis precibus petitis, ipsa itaque optata accipe: & accepta sedulò custodi: cum q̄ illorum opera v̄sus fueris, nobis fideliter remittere cures. Data in castro nostro Montis S. VVillibaldi die X. Mensis Martij anno à Nativitate Christi M. CCCC. LXXXIV.

Sub hoc Episcopo natus est Eychstadij anno salutis M. CCCC. LXX. Willibaldus Pirckheimer, pater Ioanne Pirckheimero, I. V. Doctore, & Episcopi Eychstadiani Consiliario. Felix fuisset Willibaldus in eius, cuius nomen serebat, vestigiis permanens, Lutherò & Lutherani verbi declamatoribus aures occlusiſſet; nec ab Euangeliō, quo ipſe natu maior erat, miserabiliter ſe abduci permisſet: acer quidem hostis Sacramentariorum, vt teſtantur ſcripta eius in Ioannem Oecolampadium. Sed quid prodest odiſſe vnum Diabolum, ſi te alteri penitus & mordicus addicas? Id Willibaldo huic euenit; dum ſpretis Zwinglio & Oecolampadio, totum ſe Lutherò tradidit. De quo Rittershusius in vita Willibaldi. Cum adolescentiſſet Bilibaldus à patre aulae Eystadiensis Episcopi mancipatus fuit, non ſolū ut aulicorum cognoveret mores, ſed etiam ut in militia & artibus bellicis ſe exerceret; eò enim natura

naturā quodammodo ferebatur. Accidit eo tempore, ut Episcopus ille, à quamplurimis urgeretur hostibus, qui latrocina-
ndo, & prædas agendo improvisas potius, quàm instum ac
indictum bellum inferendo prouinciam ipsius quotidianis in-
cursionibus infestarent & deuastarent. Ibi se Bilibaldus eque-
stri militia per biennium ita exercuit, ut non minus apud ho-
stes cognitus, quàm Episcopo, Domino suo, charus & acceptus
esset: nullo enim se defatigari labore permittebat, non vigiliis
non inedia, nullum declinabat onus, nullum periculum: sed
quidquid iniungeretur, alacriter suscipiebat, & strenue obi-
bat, ea quoque à quibus alij difficultate deterriti, refugiebant.
Qua tamen in re ita se gerebat, ut nihil temere, nihil incon-
sideratè, sed omnia circumspectè, & maturo consilio ageret
atque perficeret. Vnde siebat, ut tam präfectis, quàm grega-
riis militibus acceptus esset. Verùm hæc Martia Bilibaldi
facinora fortè ad successorem Wilhelmi pertinent,
cui cum perditis Episcopatus in uasoribus diuturnum
certamen fuit.

Interfuit Wilhelmus conuentui, quando Caro-
lus Dux Burgundia cum Friderico III. Imp. Treuiri-
congressus est; teste Meiero in Annalibus Flandricis.

LII. Gabriel.

Res gestas vel potius epitomen rerum gestarum
huius Antistitis transferam hic verbatim ex Appédi-
ce ad Gundackerum, nam qui scripsit, quisquis fuit,
haud ineleganter scripsit.

Reuerendus pater & Dominus Gabriel. D. G. Episcopus
Eystettensis L II. ex celebri Equitum de Eyb familia, quæ an-
tea Ecclesiastica dignitate & doctrina præstantes plures, cum
primis verò Albertum huius patruellem Iuris utriusque Con-
sultum & Operis, cui Margarita Poëtica nomen est, aucto-

rem protulit, hunc tamen primum dedit Præfulem; Parentibus Ludouico de Eyb, Equite aurato, & Magdalena Adelmannin de Adelmansfelden, natus, anno M. CCCC. LV. in arce Arberg, cui Pater tum Praefectus erat; atque ibidem primis literarum rudimentis diligenter perceptis, Erfurdiam ablegatus, eruditionem ac laudem adeptus est non vulgarem. Inde Ticinum profectus, continuo septennio, in uno atque eodem domicilio, ut animi constantiam facile agnosceres, iuri Pontificio ita incubuit, ut Doctoratus consequeretur insignia. Reuersus in Germaniam, cum esset Bambergensis, Herbipolensis, & Eystettensis Ecclesiarum Canonicus; & è viuis excederet Reuerendus Pater & Dominus VVilhelmus Episcopus Aystettensis, in demortui locum anno M. CCCC. XCVI. Non. Decembr. capitulariter lectus, & à Ruperto Episcopo Ratisponensi, Comite Palatino Rheni, assistentibus utriusque Ecclesia Suffraganeis, aliis q̄ suæ diæcessis Abbatibus & Prelatis, consecratus est.

Ea in functione ita segebat, ut summis Pontificib. & Cesariis gratus, Episcopatui ornamēto, & suis omnib^o charis esset. Etenim pietate & religione sua Clerū in officio, & Ecclesiā in dignitate pristina, quantum per temporum malignitatem & emergentes subinde hereses fieri poterat, retinere à contagione immunes studuit. Ecclesiastica autem iura, & subditos suos singulari industria semper, præcipue verò in Bauarico bello, quod diœcesi Aystettensi utrinque imminebat, eam q̄ in partes & perniciem suam rapturum videbatur; & postea in rusticis tumultibus summa prudentia tutatus est. Cum q̄ hostes haberet plurimos, quo tempore Sueuica confœderatione nondum inita, perditi homines paſsim impunè pacem publicam interturbantes, incendio & rapinis infesti, græssabantur; non minori uisu est animo & vigilancia, in iis persequendis, & suis in securitatem afferendis. Etsi verò sapius magnas in contentibus

uentibus Imperij sequendis, & cohibendis Turcarum excursionibus, aliis q̄ tam Italicis, quàm Germanicis bellis; nonnullas quoque in emendis, extruendis & reparandis hinc inde adib⁹ ficeret impensas, maluit tamen optimus Antistes parsimonia, quàm censu eam pecuniam conficeret. Quia id quoque effecit, ut cum ter duntaxat Pontificatus sui tempore contributionem imperasset, & periculosa agricolarum seditione fermè solus Principum exactiōibus abstinuisse, magnam tamen & pecuniarum & frumenti vim, post mortem relinqueret.

Episcopos consecravit Vitum Truchses de Pomersfelden Bambergensem. Henricum de Liechtenauu, & Christophorum de Stadion Augstenses. Gasparem, & Fabianum Suffraganeos suos. VValpurga de Absberg Abbatissā ad S. V Valpurgam, Aystadij solenni ritu initiatæ, benedixit.

Aetate iam ingrauecente, quanquam non modo à Principibus quibusdam, sed & ab ipso Cesare atque Rege Rom. solicitaretur, ut ex illustrib⁹ familiis, unde plures Episcopatum ambiebant, coadiutorem aliquem admitteret, nunquam tamen neque precibus, neque minis eō impelli potuit, quod ea res iuramento præstito aduersa, & Episcopatus exilio videbatur, quàm qui Duci⁹ sumptuosis, quales plerumque sunt, imperium sine detimento ferre diuturnum posset.

Senio tandem multisq̄ laboribus confessus, cum mortem presenticeret suam, triduo ante quàm è viuis excederet, conuocatis ad se in arcem S. V Villibaldi Canonicis primariis, administracionis sua rationem reddidit, eosq; ad concordem successoris electionem cohortatus est. Mox suppliciter veniam rogans, si cui grauior fortè fuisset, idem se quoque vicissim facturum adfirmans, postulanit, ut hoc extremum dilectionis sua testimonium passim è suggesto proponeretur, ipse q; Deo commendaretur. Abdicatis deinde omnibus huius mun-

dicuris, soli Deo vacare, & mortem meditari caput. Adfuerunt tum prater Canonicos duos, Gasparem de Hürnbaym, & Mauricium de Hutten à Capitulo eò destinatos, Chilianu Leyb Cœnobiaracha Rebendorffensis, & Leonhardus Angermayr eius Confessor, quos ad extremum usque spiritum secum esse voluit. Sanctissimi demum corporis Dominici, & unctionis extreme Sacramentis munitus, cereum tricubitalem, migrationis signum, manibus protendit, in hac iusti Simeonis verba erumpens. Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace, &c. eum q̄ ita ardente prosa era Eucharistiæ repositorio in sacello arcis poniti iussit, qui postea eodem ferè momento, quo præsul extinctus est, & ipse ad imum absumptus defecit, quod Prior Rebendorffensis admiratione quadam obseruauit. Mortuus est ergo pridie Kalen Decembr. anno Domini M.D.XXXV. Episcopatus sui XXXIX. etatis vero LXXX. cum solus inter LII. Episcopos Aystenses S. Villibaldi annos XXXVI. quibus eidem Ecclesia prefuisse perhibetur, excessisset. Oculi eius nondum caligaverant, neque unquam conspicillis usus, aut memoria intanta atate destitutus erat. Elatus luctu publico in sepulchro, quod adhuc viuens in choro inter sacrarium & altare summum sibi locauerat, conditus est.

Euulgauit Episcopus iste anno Domini M.D.XX. Diploma; quo omnibus Dioecesanis suis imperabat, ut Bulla Leonis X. qua Lutheri doctrina & libri damnabantur, reciperent, palam promulgarent, idque, quod Bulla iubebat, sine cunctatione exequerentur. Quod diploma Luther & Lutheranis Rhapsodis, ita placuit, ut in I. Tomum Germanicum Ienensem Germanicum relatum fuerit; ut & eiusdem argumetaliiud diploma Philippi Episcopi Frisingensis, anno M.D.XXI. datum, idq; procurante clarissimo Theologo

f.^o

Cumulus i. rusticis sub gabris
 Episcopo in ditione systetans;
 Excitator ita desinit hubris & gemitus
 Lapidius, in ora hystoria de bello
 rusticano. Dux Fridericus Palatini frater, et si quis
 mirum in modum diligenter, non quietiores habuit subditos, propter
 exortos in Episcopatu Eystetensi motus, sollicitatamq; glebam suam.
 Ille autem cernens in celerritate plurimum esse momenti extem-
 pore quotquot potuit, conscripsit equites, & peditem nonnullas co-
 hortes, quibus confideret, & tormenta campetria duenda com-
 mitteret; & in rusticos, qui magno numero in eodem Episcopatu con-
 gregati referebantur, morit, castraq; ex composito latiora, non
 vocul ab ipsis rusticorum castis usq; oppidum Freistat metans,
 in sequentem diem configere statuit. Ed quia animaduertebat
 e suis nonnullos conflictum propter paucitatem suorum, & ingentes
 rusticorum copias dissidentes, tum etiam quia natura mitis &
 clementissimus princeps, omnia praestanda sibi, quam sanguinem
 effundere, sibi proposuit. Quare ad rusticos misit, qui dicarent: se
 iam eo animo & viribus adesse, ut ex eis uiurum nullum evadere
 sineret, nisi protinus ab armis discederent, & quicquam sua munia retin-
 ent. Quod si facerent, se sua humanitate eis pareretum. Illi ut
 hec audiuerat, colloquium petunt, & ad ipsum legatos mittunt
 qui quidem rusticos paratos ad obediendum, & ab armis discedendum

Denuncians

renunciant ea tamen conditione, ne quod egissent, cquin
fraudi foret, reue à suis dominis ad paenam vocarentur.
Respondit Fridericus: se alterius factum promittere nolle,
hoc tamen sancte polliceri, se omnem operam datum,
ut in gratiam recipiantur, & pro illis, ut offensa omnis
coardonaretur, intercessum. Ad haec respondit lega-
tio: Non andere se haec ad suos referre, quos certi-
cinos esse cognoscerent, et nequaquam arma dimis-
nos nisi de postulatis securi redderentur. Ad qua Frideri-
cus: Abite igitur, & illis renunciate, crastinum diem de
haec controversia indicaturum; atq[ue] ita discesserunt. Spe
igitur frustratus Fridericq[ue] decertare, & de fortuna pen-
sulari constituit. Dehortantibus (ut dixi) pleriq[ue] ob pau-
citatem suorum aduersas tam ingentem multitudinem,
qua ferebatur ad octo milia, cum ipse supra ducentos &
quinquaginta equites, & paucos pedites in suo exercitu
(si exercitus dici meretur, qui uix cohortem explebat) non
haberet. Hos iubet secunda noctis uigilia paratos ade-
re, ut ante diei crepusculum hostes ex inservio adorire-
tur. Interim dimittit nonnullos, qui quid agerent iustici
diligenter explorarent, quorum unus statim à media nocte
rediit, qui Fridericum (ut decet bonum Imperatorem seu Pa-
cem) non dormientem, ut ceteri, sed animo uoluntatem, quo-
modo sine suorum sanguine & incommodo hostes adorirent.

*ceteros

Dfflig



et profligaret, inuenit, & infit. Illustrissime princeps, adhuc bonus
Angelus: Annuncio enim tibi omnes rusticos Desertis castris, & impre-
vimentiis relictis, dispersos & fugiantes abisse. incedulus adhuc
princeps, & irato animo, ^Q inquit, proditor mentiris; sed non me
decipies; prius enim de te extremum sumam supplicium. Ad he-
ille; omnino, inquit, ut uoluersis; modo scias, me nihil esse men-
titum, qui quod dixi hinc meis oculis uiderim. Latus responso
Princeps, diligentius de omnibus interrogat, qua postquam re-
sistima intelligit, et superuenientibus alijs eadem renuncia
bus hominem collaudat, & Euangelium se datum suum pronuntiet, mo-
suos omnes exitari uobis, rem omnem detegit, qui iam per
sitio metu audacieores facti persequebantur fugiantes prudenter,
reptisq; armis & impensis equis ingrediuntur iter; ut uero iux-
ta arcem Mespingen, quam occupauerant uictori, per-
uenerunt, inueniunt, ut renunciauerant exploratores.
Rusticos omnes dispersos, & ad sua quenq; rediisse, armis
deposuisse. Pergit nihilominus princeps ad oppida re-
cipienda, quo à fide Episcopi defecerant quo sine
mora se se dediderunt, delictorum ueniam deprecantes
uerum nullam pollicitus princeps, tantum intercessorem
se futurum, clementerq; respondit, omniaq; Episcopo &
sicut cohortantibus plenisq; saltam vicina Novoforo deo-
ppida Beringingam & Berngriesam retineret. Atq; ita reprehi-
& sedati sunt in Novico motus. ^{hac} : C.

Bono factum, quod Fridericq; dux i ha

Cypria non optimuit, quia fortis uidebat, opem
quam, quam ex stettonibz nuanosat,
tanto premio non esse digna. Princeps
quia eotus futuorū agno ac Ptolemaeum
granis prouidobat non post multos
annos superiorem palatinatum ab
orthodoxa fide ad Iulianū et Calixti
synagoga defecundum, id est principi
Friderici mentem sic fecit ut distil
ut Borchingam et Berengriam, pa
latoratu[m] non adiesset, sed in polis
et G. Wilibaldi in successorez resiliend.

logo Ioanne Eckio, cui promulgatio Pontificiaæ Bulle iniuncta fuerat.

De eodem Gabriele Episcopo Eckius in Oratione sivebri. Hoc mirandum occurrit in Reuerendissimi nostri Principis Episcopatu. Quod cum ipse quinquagesimus primus fuerit (ita numerat Eckius) in ordine Episcopus a sancto Willibaldo & nullus ante eum annos regiminis Willibaldi XXVI. attigerit, adeo, ut sicut de Romano dicunt Pontifice; Non videbis annos Petri (scilicet 25.) sic Episcopo Eystettens dicebant; non videbis annos Willibaldi. Et tamen noster Gabriel, licet in proiecta atate ad regimen assumptus, puta circa quinquagesimum etatis annum, tum viuacissimus ipse tribus fermè annis S. Willibaldū superauit. Hęc Eckius in Oratione, qua Gabrieli parentauit.

Idem Gabriel, ut & plures alij Episcopi, Principes politici, & Ciuitates, anno Domini M. D. X X X V. foedus ad nouennium inierunt cum Carolo V. Imp. & Ferdinando Romanorum Rege; cum enim vis & violentia improborum in Imperio quotidie inualeceret, consultum duxerunt, ut plurim coitione se aduersus nefariorum machinationes communirent, scriptis etiam non paucis totius confœderationis legibus, quas manuscriptas legi; nescio num typis excusa existent.

LIII. Christophorus.

Huius electio, gubernatio & mors his verbis in Pontificali describuntur. Reuerendus Pater & Dominus Christophorus ex Marschalckis in Bappenhaym S. Rom. Imp. ensiferis hereditariis, patre Willhelmo Equite Aurato, & Magdalena à Rechberg prognatus, cum à Patruo suo Gaspare Marschalcko Canonico Eystettensi, bene educatus à puero,

to

&

& canonicatu ibidem, præterea etiam à fratre VVolffgango,
 Canonicatu in Ecclesia Constantensi donatus esset, & utro-
 que in loco ita se gesisset, ut de probitate sua, & quam habe-
 bat erga decorem domus Dei cura, magnam apud plerosque
 expectationem concitasset, qua commendatione etiam erat,
 quam eruditio nis opinione, defuncto Reuerendo Patre & Do-
 mino Gabriele, in Episcopum Aystettensem Llliam Presby-
 ter declaratur, sub finem Decembris anno Domini M. D.
 XXXV. Is cum religionis studiosus esset, & animaduenteret
 temporum vitio, prælatorumq; negligentia disciplinam Ec-
 clesiasticam collabi, & cultum diuinum in templo Dei segnius
 curari, indeq; in vulgus offendicula quotidie emanare pluri-
 ma, in hoc cum primis incubuit, non modo crebris admonitione-
 nibus, sed suo quoque exemplo, ut Clerum in officio, ad populi
 Christiani adificationem, contineret: Eamq; ob causam festis
 diebus in templo Cathedra sua diuinis officiis, etiam antelu-
 canis frequens interfuit. Benedictionem solennem imperti-
 tus est Margaretha de Seckendorff Abbatissa S. VValburge.
 Asede Apostolica magnis sumptibus impetravit, ut Prepo-
 situra S. Viti Hernriedensis, assignato Præposito ibidem tre-
 centorum florinorum stipendio, mensa adunaretur Episcopi-
 ali, & Canonicatus Chori S. VVillibaldi, à Curialibus in poste-
 rum tuti, à solis Episcopis Aystettensibus conferrentur. Et
 cum egregia multa meditaretur, quibus Ecclesia cura, quam
 habebat singularem, testata reliquisset, è spe mediaverum
 gerendarum, morbo, quem ex iracundia conflasse videbatur,
 corruptus, præter omnium opinionem, quod in corpore proce-
 ro & robusto, bona elucebat habitudo, vigenti adhuc etate,
 annum agens XLVII. constituto tamen prius anniversario
 (ut vocant) suo, è viuis sublatus, & ad latus supradicti patru-
 si in sinistra chori parte sepultus est. Anno Domini M.D.
 XXXIX. die XIX. Iunij.

LIV.

LIV. Mauricius.

Ex nobilissima Huttenica familia in Franconia progenitus, vir eximia pietate, multiplici doctrina, incomparabili morum suavitate ac variarum linguarum cognitione ornatissimus, ex Praeposito summi Templi Heribopolitan constituitur Episcopus Eystetensis XXVII. Iunij anno M. D. XXXIX. non tamen, nisi post triennium consecratus, prout ipse sua manu in saepius iam nominato Kalendario notauit, his nimirum verbis. Anno M. D. XLII. sum ego Mauricius in Episcopum consecratus per R. P. D. Christophorum Episcopum Augustanum ex familia de Stadion XVII. die Septembris. Natus est Mauricius ipso die S. Catharinæ anno M. D. III. patre Bernardo de Hütten, cuius Natalem adnotat filius in Kalendario ad Epiphaniam Domini anni M. CCCC. LXXIV. obitum ad IX. Kalend. Martij anni M. D. XXXIX. Quo fit, ut filium Episcopali tiara ornatum non viderit, aliquot nempe mensibus prius extinctus, quam Mauricius ad S. Willibaldi cathedralm eueheretur. Mater tamen vidit, quippe anno M. D. XLIV. demum mortua. Intervexit Mauricius Synodo Provinciali Moguntinæ, anno M. D. XLIX. ut & Comitiis Imperialibus Augustanis anno M. D. XLVIII. Quem Sebastianus Archiepiscopus Moguntinus in prefatione Synodi vocat; virum insignieruditione preditum, & promouendarereligionis zelo mirifice flagrantem. Heu quam dissimilis Mauricius iste Hüttenus, alteri ex eadem familia Hütteno, nempe Ulrico, furiosissimo & clamorosissimo Seculario, summo Lutheri amico, fautori, & promotori, quitandem ab omnibus, ab ipso etiam Luthero de-

Xx fertus.

fertus & proscriptus, in Heluetia, quo cœu ad asylum confugerat, miseram animam exhalauit. Jussu Caroli V. Imp. præsedit Mauricius Colloquio, quod inter Catholicos & Sectarios institutum est anno Christi M. D. XLVI. ut non tantum orthodoxi scriptores, sed & ipse Hæreticus Schleidanus testantur. Ex quo intelligas, quantæ Mauricius auctoritatis fuerit apud Augustissimum Imperatorem Carolum V. Mortuus est Mauricius anno Redemptoris M. D. LII. cui Valentinus Rothmarus, in Annalibus Ingolstadiensis Academiæ tale monumentum erexit.

*Viuat in aetherea præsul dignissimus arce,
Et decus & generis gloria primasui.*

*Non pietate minor, quam fascibus ille superbus
Almoniis Princeps, nec minor arte fuit.*

*Clara viris domus illa sacris, domus inclyta Musis;
Nobilis ingenii gens fuit illa bonis.*

L V. Eberhardus.

Nobilis ab Hirnheim, Canonicus antea Eychstetensis & Præpositus Metropolitanus & Archidiaconus Salisburgensis. Electus anno M. D. LIII. Mortuus anno M. D. LX. cui Rothmariana Musa in Annalibus Academiæ Ingolstadiensis hoc mnenosynoposuit:

*Nunc inter cœli vitam meliore penates
Iure suo fruitur princeps, Diuūmq; potitur
Aspectu, dura humanae discrimina vita
Omnia post superata, æterna in pacere positus.*

Reformauit & in meliorem ordinem redigit Breviarium Eystettense. Editioni præfixum est hoc in gentilitia insignia Epigramma.

Cornua



Cornua viuacis, domus, hac, Hiren haimia cerui,
Incolya virtutum pramia ferre solet.
Candidus hac ambit calor, exornata recumbunt
In galea pariter cornua fulua ferae.
Hac ab auis Eberharde tuis insignia capta,
Ornasti titulis, Pontificis gradu.
Cornigeri utq; solent per secula viuere cerui,
Sic Eberharde tibi vita perennis eat.

Huic Eberhardo muneri misit Reuerendissimus &
Illustrissimus S. R. E. Cardinalis & Episcopus Augu-
stianus Otho Speculum Praesulium, à R. P. Claudio Iao uno
ex decem primis Societatis IESV Patribus collectum
(quod non ita pridem euulgauimus) cum hoc suo chi-
rographo, & Auctoris Encomio. Speculum Praesulium col-
lectum à Reuerendo & sancto viro Claudio Iao Societatis IE-
SV, & mihi donatum pro xenio prima Ianuarij M. D. XLV.
Huius Speculi presentem copiam transmitto Reuerendissimo
in Christo Patri ac Domino, Domino Eberharde, Episcopo
Eystettensi, Domino & fratri meo obseruandissimo.

Otho Cardinalis Augustianus
& Elyvacensis.

LVI. Martinus.

Eberhardo successit Martinus ex nobili & perue-
tusta Schaumbergiorum familia, electus anno Re-
demptoris M. D. L X. X VI I. die Iulij. Sedem tenuit
triginta annos, obiit enim anno M. D. XC.

Nec scio, quis Episcopi huius vitam, mores & res
gestas melius depinxerit, quam Robertus Turnerus,
vir disertissimus, partim in Oratione, quam III. No-
nas Iulij in funere Martini Eychstadij dixit, Collegij
Willibaldini tunc Professor & Praeses, partim in epi-

Xx 2 stola.

stola ad Cardinalem Alanum. Ex utraque breuiter
excerpemus, quæ ad rem nostram facere videbu-
tur.

Prima etas Martini.

Hæc pars vitæ, et si aliis plures maculas aspergat, quām quæ possunt toto cursu abstergere: tamen huic ita acta, imo exacta est, vt in eo nūculos illos communes, vix ac ne vix quidem inuenierimus. Nam postquam suas vitæ, & viæ rationes segregauit à foro & mundo (segregauit autem in prima etate) vitam vixit semper puram sceleris, sciunetamque à contagione morbi illius, qui Ecclesiastim primò perdidit & prodidit Lutherò. At otiosam reprehendas hanc eius vitæ partem. Otiosam, & voluptatis morbo correptam aut corruptam quis credat? Nam voluptati & otio tam arcta est societas & communio inter se, vt otium primò molliat mentem & subigat ad voluptatem, atq; voluptas mox, falsa specie, se se insinuet, veraque virtutis neruum penitus incidat. Quanquam patior, vt reprehendas hanc vitæ partem perditam otio, si non inuenias totam positam in virtutis studio, pulchre positam, & ad superioris disciplinæ calculum.

Primam etatem non primis modò Grammaticis præceptis, sed interiori etiam illa, & politiori literatura quam probè tinxerit, imo latè imbuerit & inficerit, abundè loquitur oratio latina, quæ seni tam pura, tam prompta, vt videatur non solij maiestatem iam diu consilio tueri, sed à schola ad curiam, aut à curia ad curam togamque principis iam primum translatus. Neq; dixit solum comode, sed tā alto fuit in literis iudicio, siue illud ars excoluerit, siue indiderit natura, vt stupuerim semel eum in Erasmo, & laudarem illud liberum, & reprehendentem hoc, quod omnes vident, affeatum. Neque hic stetit, sed, quasi profiteretur se cuditendè lingue artificem, inuenit & in Bembi illo perpetuo ambitu, quod languebat, tardiusque ingrediebatur, quām teres eius atque rotunda auris ferebat: & in Politiani arguto scitoque genere, quod hominis non omnino plumbei, aurem mentemque mirifice afficit ac demulcit. Ac ne putetis hanc eius orationem petitam ex alieno corde & ore, ipse mihi ostendit Politiani epistolas, & Herodianum sua manu notatos, & asteriseis præscriptos ad memoriam, subie-
cirque

citque eandem se operam in Bembi historia Veneta fixisse, sed durusculum, & longioris periodi circumductu reptantem verius quam incidentem, non facere ad suum stomachum. O delicatum stomachum, & si hoc habitu natum, diuinum; si arte factum, pri-
mæ ætatis incuriam nemo mihi reprehendat.

Quanquam quid probo primam vitę partem positam in stu-
dio & stadio virtutis? Loquebatur id fama, loquebatur pectus in-
structum à prudentia, loquebatur perpetuus in mensa sermo, lo-
quebatur ingenij oculus purus & acer, quo statim videbat in ali-
cuius, & vultu, quod amaret; & oratione, quod reprehenderet.
Audiui à viro bono, beneque oculato, cui illias vita non nexo &
crepundiis, sed veris notis cognita, in historiæ, canonum, conci-
liorum peruvolutatione ita contritum, ut quoties vellet mentem
traducere à cura grauiori ad quietem, solitus sit in hęc adyta quasi
diuersoria opportuna divertere, ut antea sæpe trita, & iam nullo
sibi labore peruvia, id quod ut ego crederem, fecit illius perpetua
consuetudo, qui in mensa plerumque nodum ex canone Conci-
lioque ita commodè nexuit, & vel ipse soluit, vel aliis, tanquam
Gordium, dente incidendum reliquit, ut sæpe miratus fuerim, hac
labe ætatis & principum, tantum aut senem potuisse, aut voluisse
principem. Ista fortasse postea commodius, nisi pertineret ad
rem, videre nunc, ex quo semine non otij, sed laboris, illa pòst se-
ges Principis nata est, & effloruit.

Peregrinatio Martini in Italiam.

Neq; hoc semen est Germanici tantum soli, quanquam spar-
sum hęc primò diligentia, occatum labore, pietate irrigatum, &
gratiæ, tanquam solis, percoctū maturum exierit tandem in hanc
Ecclesiæ Germanicæ messem. Quippe cum probè intelligeret pos-
se Troiæ, id est, domi, nasci Hectores, sed non posse nisi foris fieri
Viyyes, vsu fieri, consuetudine fieri, peregrina disciplina fieri, &
quasi Mineruæ manu, fangi: profectus Bononiam, omni semper
humanitatis & doctriñæ laude politissimam, ita perpetuo & nun-
quam interciso prudentiæ humanitatisq; tenore exegit duos an-
nos, ut æquè ciceret amorem & in Germanis Italicæ suavitatis, & in
Italis prudentiæ cuiusdam Germanicæ. Post studia Bononiæ cœ-
pta, fortuna vel potius prouidentia, fortunę victrix aut rectrix tu-
lit in Italiam Augustanum Cardinalem, cuius Aulę Martinus ag-

gregatus Romam vidit, atque in media labe ita nitidus vixit & si-
ne labe, ut præbuerit occasionem cuidam prudentissimo viro, com-
mittendi Martinum adhuc iuuenem cum Cardinale, mirandique
duos ex una gente diuersissimi ingenij homines, quorum unus ita
Germanizabat, ut nihil videretur velle habere Itali; alter ita Itali-
zabat, ut nihil penitus Germani.

Quare cum multis prudentiae & mititatis partim insitæ, par-
tim adscitæ signis probasset Italiam esse in Germano homine, quod
debeat amari & coli, reddidit se Germaniæ suæ, secumq; refert. q; d?
prudentiam rem notam; iudicium? dixi, doctrinam? vidistis. quid
tandem nouum retulit, & nō auditum? ipse se retulit (mirum my-
sterium verbi) ipse re retulit Germanorum Germanissimum, non
Itali simiam, ipse se, expressionem candoris, non factum arte vul-
tum; ipse se, suavitatis viuam imaginem, non delicias fictas; ipse se
affectionem magistrum, non aucupem ceremoniæ; ipse se retulit,
non oblitum externis moribus & sceleribus ad contagionem, sed
mollissimi simul & grauissimi genij formâ quandam & exemplar;
Quam grauitatis & mititatis personam tam constanter tuebatur
iuuenis, senex, subditus, priuatus, ut discriminaretur tantum à so-
ne iuuenis, crine, à subdito priuatus, loco..

Decanatus Martini.

Hæc cum vel morum modestia, vel motuum mitigatione pri-
mum posuit in Decanatu, quem hic virum? omnia ut dicendo ex-
equar non sinit tempus: & ipsius primus princepsque honor ora-
tionem hinc tanquam ad vadum hærentem, ad se toto impetu ra-
pit. id tamē impetro & à re ipsa, & ab ipsius principatu, ut moneam
illum gessisse Decanatum, summa moderatione; verbo, ut magi-
stratum; re ut subditum, vix ut possit statui, fuerit ne scuerior in se
subditus, an mollior in alios magistratus. Mirus hic modus geren-
de reipublice, & eò magis mirus, quo verius tuebatur dignitatem,
inueniebatque noua arte, ut ex auctoritate timorem, sic exaucto-
ritatis vsu amorem.

Principatus Martini.

Cum duo sunt, quæ homines commendant omnes maximè
maximos, eosque ponant propè diuinitatis gradum, facere & cre-
dere: tum hæc duo ita sunt plena difficultatum, & interseptu. obi-
cum

eum pene inuia, vt in tota antiquitate vix legeris, qui & faciens nō impegerit, & credens non titubarit, &c. Martinum vt non liberem omnino hominem ab ea pedica, quæ Apostolos ipsos implicuit; tamen Episcopum vt vindicem & afferam, facit eius omnis sermo, omnis cõluctudo, omnis actio. Nota est illa illius vox ad principem virum, cur Lutherò potius quam Ambrosio? Wtembergè quam Romæ credis? crederem, inquit ille, incredibilia! Imo subiecit sanctus senex, id ipsum credere; est incredibilia credere. Quanquam male pono momentum in una eius voce, qui tota vita ita dixit, ita fecit, vt & vita verbo, & verbum vitæ, & utrumque fidei fecerit fidem: usque eo, vt ab heretico audiuerim, si omnes sacerdotes fuissent hac vita Martini, nunquam secessio fuisset facta à Roma. Etsi hereticus præpostorè peteret momentum fidei à vita hominis, tamē maxima fuit laus Martino, sic vixisse, vt ipsi hostes statuerint eius fidem & vitā, vitæ sibi & fidei èquissimam regulam. Caluino exprobrati leuicatè nobis, qui credimus sub specie panis esse Christi carnem, respondisse fertur medicus verè & argutè; qui non credit Christo dicenti, gnauiter impudens: qui credit, felicitet est stultus. Ad hanc normam Martinus Episcopus. Etsi enim oportuerit adferre rationem, cur crederet: tamen ita totus in orbis & urbis nutu acquieuit, vt sine ratione mallet credere, quam cum ratione insanire.

Purè ergo Episcopus noster credidit, profectò vt Episcopus. Purè tantum? imò constanter & piè. pietatem vidimus omnes, quicunque eum vidimus gementem, suspirantem, & tantum non flentem, quotiescumque rei vel in Gallia, vel in Flandria male gestæ susurrus increbuit, & quasi amore in Romam grauidum, non prius conquiescentem, quam aliquam è cœlo spei & consolacionis auram sentisceret. Martine, possuntne hæc tempore carcre Episcopo? debent potius, quam possunt. Quam clarè nos vidi-mus eius pietatem, tam verè heretici stupuerunt ipsius constantiam. Principes enim non nostrarum partium etsi omni suavitatis & officij genere complecteretur, tantumque deferret, quantum aut sanguini debuit, aut potuit vicinę, tamen cum ageretur Christus, cùm Ecclesia, cùm Roma, animus magnus & fecundus amore cœli, nō cogitauit, contra quos, sed pro quibus diceret. Ex hoc genere multa sunt; verū, quia mysteria aulæ semper cū offensione, aliquando cum periculo effreruntur in vulgus, tantū tango, quod cuidam

cuidam magno, & alioqui bono viro se excusanti; quasi à Luther-
o, non à Caluino stantem; constanter responderit; Lutherò, Cal-
uino, omnibus èquè extra septa Ecclesiè vnam esse viam, aut pro-
lapsionem potius, inflammam perpetuò vindicem. Quam scis-
aureoli vocem aureolus Princeps Bauariæ Dux Philippus ita arri-
puit, vt eam, quasi è cœlo lapsam, & gemmam constantiæ, quæ E-
piscopos debet maximè ornare, literis ad patrem suis inter texue-
rit. Magis Princeps *Philippe*, & tenax disciplinæ, in qua es imita-
tione exemploque magni Martini, hoc modo cresce ad magna.

Nolite tamen putare Martinum sic zelatorem, vt non memi-
nerit modestiæ. Nam hæresin sic perdidit, vt hæreticus vellet suam
hæresim, si perderetur, sic perdi. Oderat quidem hæresim, vt pe-
stem; sed odio sancto, odio iudicij, odio, quod habuit amorem.
Quanquam in eos, qui carnem sapiunt & sensum, vix cadit, vt in-
telligent amorem cum odio coniunctum, & ad concordiam mi-
raculo mistum: tamen Episcopus Martinus hæresim ab hæretico,
morbum, à morbido, contagionē ab infecto tam exquisita iudi-
cij lima secrevit, vt arderet eius, quātum odium in hæresin tantus
amor in hæreticos: factumque est hac moderatione, vt viderentur
èquè & hæreses odissē eius amorem, & hæretici eius odium amā-
sse. Tanti est principem bene vti voce, bene vti ratione. In fide, &
pro fide bene quidem & generose: pendamus actionem.

Nitida illa, & (vt vno verbo dicam) prisca. Nam Principem
& Episcopum sustinebat tam pulchre, vt nec Episcopum pollue-
ret maiestate, nec vilitate minueret Principem. In incessu quid
desideratis Principis? ita altus. Quid Episcopi? ita grauis. Velsis
quidem Episcopi tota, sed vestiis eam auctoritatem conciliauit, vt
videretur Principem non alia velsis melius ornare posse, quam
Martiniana. In victu nec luxus, vt agnoscas Episcopum, nec lu-
xus, vt mireris Principem. Alia sunt maiora, & quæ vix videntur
posse in Principem simul & Episcopum cadere. Profusio fuit,
quanta debuit esse Principis, & parcitas, quanta potuit esse Epi-
scopi, &c.

Examinemus iam iudicij tanquam aurificis staterâ separatim
illa, quæ sunt ita Principis, vt non videantur Episcopi. Principis
duæ sunt Principes functiones, punire, audire. at quid puniuit? vix
statuo apud me laudem clementiam, an admirer iustitiam. Nam
sic egit, aut potius sic omnia egit, vt èque eius & a maretur mititas,
&

& timeretur severitas; si tamen severitas possit dici, quæ tam fuit
mitis ad veniam, aut mititas, quæ tam severa ad normam. Non
potest, hac carnis & temporis labore fieri, ut non inueniat aliquando
Princeps in subdito, quod severiori verbo non perstringat. Hæc
causa si Martino obiecta (arrepta enim fuit nunquam) num ocul-
lum creditis acrem? labium tremulum? ardente maxillam? alia
vultus tetra ad speciem? omnia potius contraria extra vocem, que
iudicij sale mista, & carpebat aculeo, & capiebat amore: nisi culpa
grauior aculeum requirebat & solum, & altum. Deus bone, quam
acriter tum infixit? quem tam en, aut texit semper, aut deposuit,
alias mititatis suæ diuitias, tam abundè, tam aperte ut facile pec-
cans intelligeret, se correctum, non despectum, & ipsum finxisse,
non exeruisse iram. Hoccine est, esse iudicem? patrem potius, ita
amat. At quo modo non iudicem, qui puniri inueni exitum. Fuit
index pater, quæ laus est Principis una omnium maxima, &c.

De feminis stupor est, cum exegisse vitam, semper integrum
ab hac communione temporis & ordinis nostri contagione, & cauissi-
in vita nihil catius aut cautius, quæm ne admittetur illæ in socie-
tatem sermonis, aut si admittendas postularet necessitas, nec solas,
nec nisi illustres: cum quibus animaduertebatur, ita loqui, ita age-
re, ut ipsas, credo, suppuduerit aliquando, virginem pudorem, qui
solet in oculo feminæ habere sedem, mutata iam sede, tuiorem
locum inuenisse in vultu, in oculo, in toto corpore Martini.

Qualis Episcopus fuerit Martinus.

Principem in umbraui, in quo nihil Episcopi, Episcopum iam
faxo videritis, in quo nihil Principis. Episcopi verum vultum, qui
pingunt, non lineas tantum primas, sed eminentias, umbras, to-
tum deniq, habitum exprimunt ad formam Christi, qui boni Pa-
storis, id est, Episcopi nomen sibi, & facto primus consecrit, & ver-
bo solus vindicauit. Ego (inquit Ioannis 10.) sum pastor bonus.
Non dicit tantum, ut pastor, sed facit, ut bonus, & facit tria, nu-
mero quidem pauca, sed fructu feracia, & posteritati semper futu-
ra indicia, verasque notas boni pastoris. Non teneo vos circuitio-
nibus. Prima boni Pastoris nota est, quoddam quasi insigne non
inductum, aut educatum è serie maiorum, sed Christi voce, & vita,
tanquam filis purissimis praetextum. Ut animam suam ponat pro
Yy ouibus

ouibus. Durum inquis, durum, sed necessarium, nisi mercenarij nomen, & labem, velit subire. Mercenarius fugit, atque quia oves curat sibi, non se ouibus, lupi eas denti & laniatui obiicit, se ut prestat immunem. Ad hanc normam Martinus sanè pastor, & optimus pastor, posuit quidem animam pro ouibus suis, qui, quidquid vixit, illis vixit non sibi, tam scilicet mori, vt illæ viuerent, quam promptus viuere, ne illæ morerentur. Testis enim tota vita eius, in qua nihil ex bonis, quibus circumfluebat, terrenis præcerpens sibi ad voluptatem, dominus quidem omnium, se fecit seruum singulorum. sic enim precibus dispesuerat diem, mensæ, caussis, litibus, aliis pietatis functionibus, vt sibi se seruaret, quantum Deus & suorum negotia reliquum facerent, &c. Non potuit quidem omnia, quæ instillauit amor, potuit tamen maxima; quæ tamen non potuit per se, voluit sane per alios. Hæc caussa, cur seminarium in ciuitate sua, ad Concilij Tridentini præscriptum instituerit, & primus Episcoporum in Germania instituerit: quod suis instituerit, optimus pater, quod ad nutum Concilij, obedientissimus filius; quod primus Episcoporum, omne sanè bono, & vero, primus in Germania Episcopus. Nec sine fructu instituit. Nam in hoc seminario primum virtutis, doctrinæque lac luxerunt parochi, Iurisconsulti, Theologi, plurimi, optimi, doctissimi, si viui, recte indices; si mortui, verè testes: & viui & mortui, profecto corona, & laureæ suæ in rem publ. charitatis: quorum opera dum vertebatur (vtebatur sèpissimè & lubentissimè) facetè, sed quasi in sunu gaudens de suæ charitatis messe, dicere solebat, se metere, quicquid hi serunt, verè sui, &c.

Charitas illius emanauit quemadmodù boni ad bonos, si Episcopi ad omnes: subdit i si morerentur; moritur; si ægrotent, ægrotat; si angantur, angitur, si quid à flamma, aut imbre patiantur, ille mox vel flammam ignis, flamma charitatis, vel imbræ cœli, imbre oculi conatur æquare, imo vincere: sic vt omnes vn' omnium doles doleat, usurpetque cum Paulo, quis infirmatur, & ego non infirmor? singulare id est, & mentis in cœlum penitus subreptæ indicium, quod, quò tempore pestis ciuitatem hanc depascebatur, fœdoque populatu affl' gebat, ita sibi curæ fuit cura suorum, vt parochium, qui infectos adibat ipse infectus, sèpè ad se accerseret, neque periculo deterretur, quò minus eum partim consilio iuaret, partim mulceret consolatione, & viua charitatis voce exem-

exemploque serio instillaret mortem, quam charitas induxerat, facile esse contemnendam. periculum quicquid alij inculcabant, periculum sui, periculum Ecclesie, periculum reipub. ille constanter persistabat in ipso virtutis vestigio, cedebatque voces illas verè Apostolicas, se mercenarium nō esse, sed cum suis ut velle viuere, sic posse mori. Menti verò, quam habet optimus parochus non deferenda stationis è cœlo impressam, se id ad ectrum momenti, ut hunc charitatis circum, quem diuino instinctu ingressus est, suo exemplo serio currat, & percurrat. Stupemus in S. Carolo Borromæo, urbis & Italæ vero stupore, eum Mediolanenses suos, peste post natos homines longè contagiosissima, tabentes adiisse, excitasse, lustrasse, exemplo lustrasse, sacramento lustrasse, omni verbi factiq; luce lustrasse, verè Episcopum. Martinum nostrum, si non a quo propè latere, certè proximo post eum vestigio pono, qui, quod non valuit viribus effictus, voluit Episcopus periculo, & quod fecit exemplum Borromæus, illud hic secutus sit maiori fortasse iudicio, qui medium viam cœli insistens, se præbuerat orbi visendum, imo stupendum, mortis nec incursu temerarium principem, nec vitatu mercenarium Episcopum.

Morbus & mors Martini.

Postquam quatuordecim septimahatum languor, qui dicebatur potius, quam morbus, cum adfixerat lecto, rationes meæ ferebant, ut ab illo peterem auris copiam. Intrmissus pro more, postquam dolueram, verè dolueram, subnexueramq; spem, causam spci, alias aulæ potius tricas, quam Christi voces: excidit mihi tandem vox illa Christiana, è morbo nec multo, nec magno elucidere valetudinem certam, tamen me sperare ad Dei voluntatem ita eum iam factum vsu, factum exemplo, factum librorum sactorum letione, ut sit excepturus & què mortem, si feriat; atque vitam; si exceptiat. Ille oculo in me contra morem intento, audaciam (inquit) verbi, sed vultu, inquit, medio inter ridentem, & pallentem, tu mihi primus mortem minaris & ominaris? excusanti mihi libertatem verbi, & pro timore spem, pro Christo obtrudenti munendum, frustra subiecit, & ex aulæ disciplina argutaris post veram vocem: nec tamen est, cur timeas offensionem. Nam accipio, si Deus velit, nuncium, si nolit; amorem tuum. Istud est amare, illo tempore mihi mortis mentionem iniicere, quo alij vitam promisisti,

Yy 2

&



& seni, certius, & morbido liberius, quam robusto antea, & firmo
 à valetudine. Quod magis mihi places, qui sic mortali speras vitam,
 ut morbido timeas mortem. Neque sum tam ignarus mortalita-
 tis, ut statuam mihi legem moriendi, alienam potius vocem, quam
 Dei voluntatem, neq; hic primum lectus, me docuit mori, sed il-
 le, qui ante decem annos meam valetudinem tentarat, & ad mor-
 tis portam, tanquam lapidem, grauissimè adfixerat. Lucrum er-
 go iam mihi est, quicquid viuo, & ab eō tempore vixi. Propè est, ut
 in Martino pingam Paulum, ita iustis verborum ponderibus pen-
 dit, lucrum vitæ, mortalitatis vim flabilem, mortis certam ratio-
 nem, alienæ vocis ventum, sui lecti timorem, omnia tandem ex-
 euntia in Dei voluntate. At ne putetis vocem potius casus, quam
 iudicij: neque semel fuit dicta, neque vni, neque in una causa.

Gratulanti Principi vicino restitutam valetudinem (exierat
 enim in vulgo spes) iubet agi gratias per literas, quæ, quod præ-
 ferrent spem, omitte mihi sis (inquit Secretario) spē, & subiice, de
 me fore illud, qd Deus vult. Laus Germanorum est, valere iudicio,
 & inter Germanos hæc laus Thuringiorū & Saxonū maximè est.
 Verum noster Princeps, quātum Thuringij reliquos Germanos,
 tantū Thuringios vnu omnes iudicij vi vicit, & superauit. Quic-
 quid vidit titubatum aut in officio, aut contra artem, id is quadam
 iudicij vel acie tam probè vidit, vel limata probè correxit, ut nihil
 ultra. Id firmus, quam exquisitè fecit non est, cur moneam: cùm
 morbidus: imò moribundus (quo tempore acies mentis corporis
 dolore retusa, vix se exerit) viderit pro spe humana diuinam vo-
 luntatem sufficiendam. Totum hunc non dicam solius Dei, qui
 sui totius Deum solum vult regulam? nihil mirum, si valetudina-
 riis in Deum se totum abdat, qui valens omnia dicta, facta, co-
 gitata ad Dei voluntatem, tanquam normam reuocauit. Quæ vi-
 ui valentesq; terimus, ea morituri arripimus, boni bona, mali ma-
 lia, siue dicta, siue facta.

Solent fama illustres & nomine, illustria usurpare elogia, pom-
 pæ hic, plus ultra; constantiæ ille pressus resurgo; superbia vnu, vel
 Cæsar, vel nihil; alter modestiæ, sto quasi easurus; alius deniq; aliud,
 quod proximè repræsentet, quam quisque mentem habet, vel li-
 batam ex cœlesti igni, vel terrenæ feci immersam. Mariinus vero
 noster quid præfert? ad pompam nihil, ad usum vero illud, ich schs
 Gott heym; id est, commendo rem Deo. O bonam, bone senex,

Cyno-

Cynosuram, ad quam dum vita tua, tanquam nauicula, clausum
dirigis, appulisti in portum, & gloriae, quae vana, & felicitatis, quae
vera, quam nullus aut inuidiae ventus euertere, aut calamitatis
tempesta potest corrumpere. Quærin? quam habent hæc verba
vix? princeps, si qua cura paulo mordacior, aut molestior incur-
rerat, cogitabat primum ipse secum, consultabat dein cum aliis.
Nihil proficit suum? id reliquum est illi in Deo, ich schs Gott heym.
Post hoc verbum, si vrgeret cura; certè cum vrsit, non pressit qua-
si hominem in cura, sine cura, vnde vt in vita perpetuo dolore,
non audiebantur voces querelæ, nec vt foeminae fractæ; sed (quasi
mel mentis non posset fel verbi edere patientia) Deus, quod tu vis:
fiat voluntas tua Domine, in manu Dei sum, isfigat, refigat; quod
Domino placitum est. Etiamne Martine? tam non tuus, vt totus
suis Dei? istud quidem est exprimere verè Episcopum, nisi verius
Christum, qui quantus fuit, obedientiæ filius fuit, voluitq; nullus
esse in morte vt possit esse totus ad voluntatem Patris, &c.

Propè mortem, mirum est, quam contempst mortem. Ro-
ganti vni, quid optaret in hac vita amplius, respondit; mori, nec
aliquid in hac aut scelerum sorde, aut hæreson labo posse esse,
quod ei vitam posset facere aut dulcem, aut optabilem: esse qui-
dem sibi cordi & curæ, Ecclesiam suam, populū suum, Eystadium
suum, (ð voces pastoris bonas) sed vt se, sic hæc in manu esse Dei.
Haec tenus speramus illi vitam. Postquam Medicus clamat, morte
certa, Deus bone, quos gemitus? quas lacrymas? quos dolores suo-
rum? nihil necesse, mercede eliciamus præficarum pullam & lacry-
mam. Tota ciuitas est luctus, tota ditio imber lacrymarum. Is ta-
men recto, & erecto animo ridere hanc hominum de se curam, in
illam solum cogitationem intentus, alteque defixus, quomodo
moriatur Deo. Quanquam frustra hanc curam curat. Nam vnuus
est ille bene moriendi modus, quem semper tenuit, benè viuere.
Qui illi erat à sacra, secretaq; aure, quia nouit Principum animos
difficillimè diuelli, à pleno titulorum, dignitatum, rerum huma-
narum affectu, voluit etiam hunc affectus in illo fundam tenta-
re. Deus bone, quām reperit purum? quām defecatum? quām lim-
pidum? & nullo mundi limo inspersum? est (inquit Confessarius)
Illustrissime Princeps, tēpus, quo testēre mundo, quanti facias mun-
dum; respōdeasq; mentē tuam clarē, an resterenas, vt necessario;
sic libenter relinquas. Ego', inquit, libenter non relinquā res ter-
renas?

tenas? nec meas? nec veras res? Quæ nobis videtur res, sunt umbrae;
quæ firmæ, sunt planè fluxæ.

Non multo post ficitur illi Christus panis specie tectus. Mox ille, titulos, inquit, bone Iesu, honores, agros, palatia, vitam, omnia, singula, quibus me supra me ornasti, tibi nunc cedo, liberè libenter. Quid hic primum laudo? mentem? est supra omnem laudem. Verbum? peribit illi vis à me verbo. Exemplum? exemplum quidem hoc, si qua laude aut via possum, optem subiici non principibus modo, sed omnibus etiam hominibus, qui in huius stadij meta, &c. Venit ad agonem, in quo quidquid athleta Christi debet, facit, pie facit, & cum fonte lacrymarum: ac quemadmodum sacerdos eum munit sacra confessione, & mensa; sic is se piat sacra lacryma, nec prius facit flendi finem, quam ille muniendi. Piat, imo sacrato nulla amplius fluit lacryma, vngitur placidus, dicit vale placidus, monet placidus, & audit monentes, orat placidus, & quasi non pars mundi, sic ex mundi statione placide exit. Multa vestigia diuini hominis, tanquam ad Deum recta excurrentis. Qua quisque vita fuit, fæda, integra; eius signum, anima claustrum iam corporis præruptura, clarè edit. Dicunt avarus, opes, libidinosus, delitias; miles bella; nauta scopulos; bona, bonus. Martinus ut verus Episcopus, & in mundo viuens sine pice mundi: dispensat partes, Suffraganeo suo, concionandi, Capellano, celebrandi, aliis, alias functiones pie, diligenterq; obeundi. Si quid effert iam mens in corpore, quasi extra corpus, quid putatis illud? non mundum aut mundana, sed missas, Psalmos, Euangeliū, resurrectionis spem, cœlum, Ecclesiam suam. Quid pergo? agon illius & extremus vitæ circus fuit totus in cura Episcopali, monet & monetur, mouetur & mouet; benedicit & benedicitur.

Id memorabile, quod sæpe suis, huic sacram manum, illi sacram oculum, alteri sacram osculum, omnibus sacram crucem & benedictionem sæpe impertierit, quasi sacer sacra canùm cogitans, faciens, dicens: Dvobus illis diebus, qui fuerunt seni, vitæ ultimi, Adamus Fabricius, qui præcerat sacris eius concionibus & confessionibus, & Laurentius Eizephius Suffraganeus, viri à zelo & doctrina instruti, semper penè aderant illi, operamq;, quam malebant vigenti & viuo, moribundo iam piè nanant, preuentes, nunc hunc, Pater noster, nunc illum, Credo; verumque iam alias orationes prius senex sequitur, tanta vultus vocisq; suavitate, ut viderint omnes

omnes in illo animi submissionem, quantam oratione mea nunquam æquem, qui senex iuuenum, pastor ouium, pater filiorum, vocem, nutumque non sequi tantum, sed obseruare etiam videbatur, atque hoc ultimum & maximum, vel suis modestiæ exemplum, vel sibi obedientiæ monumentum conficiebat. Omnia hic tanquam ouis, & obedientiæ infans alieno ductu, nisi quod sæpe iussit sibi præter illum psalmum. *Expectans expectavi Dominum.* De hoc psalmo video sanè fulgorem Spiritus sancti emicantem ex voce. Nam Sacramentis, lacrymis, orationibus piatus non clamat, *De profundis,* nec gemit, miserere; sed quasi carnem, mundum, Satanam ducens in triumpho, id vnum cogitat, dicit: *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.*

Nocte, quæ fuit illi ultima, cœpit serio togare de decima hora: quam, quia omnes norant longissimè abesse, putant delirium esse vocis. Magis putant, quod non multò post subiecerat vox contentius elata, decima adhuc non auditæ tandem quasi ægriæ serens, horam optatam, diutius, quam pro voto hæcere, iterum atque iterum, etiamne tam tardè decima? Quid virges sanctæ senex decimam? veniet illa, veniet, quam festa tibi & fausta, tam nobis lacrymabilis & mœsta: cum cognituri sumus, quod prius interpretabamur, delirium vocis fuisse mysterium. Auditur enim iam decima, & ecce tu tuam animam nitidam illam, & à carnis Satana & quod nexu liberam reddis Deo tuo, nosq; deseris inter mundum & Demonem medios, imo sine te mortuos. Benè dixit unus, cui sensitor visum, aut certè sèpius auditum, eum totò vitæ cursu creditum optimum, sed meliorem tamen semper fuisse, quam creditum. Id iam videmus clare. Credimus ante tantum Confessorem, vidimus in morte etiam Prophetam. Fuit præterea aliquid, eum mortuum in octaua corporis Christi. Nam cum is corpus Christi tanta reverentia in vita semper coluissest, quanta hominum quisquam, & rem sacram roties fecisset, ut in funere, eius Suffraganeus argutè dixerit, res sacras fecisse eum plures, quam audierint alijs profectò hoc credo ex cœlo fluxisse in eum beneficium, ut quam diem reverendissimè semper habuit & Ecclesia Christi corpori vero, sed mysticè velato, triumphum contra hereticos decreuit, eum is videret, & in terra ultimum, & in cœlo primum. Mallem nō tam citò videret, non quod beato quicquam vellem præcerpere de sua felicitate, sed quod hæc eius felicitas, nobis fuit infelicitas, quanquam scribendo non possum consequi.

Hæc



Hæc ex Turnero de Vita, rebus gestis, & morte
Illustrissimi Martini excerpere volui; quia Turnero
mores & actiones Martini cognitissima erant, qui ut
Martini eximius cultor, ita & singularis admirator
fuit. Magna porro huic Episcopo familiaritas fuit cum
Serenissimis Bauariæ Principibus Alberto & Wilhel
mo, à quibus sæpius Monachium inuitabatur.

LVII. Casparus.

Justis Martino defunctioritè persolutis, ventum
est ad noui Präfulis & Principis creationem. Creatus
igitur concordibus Patrum suffragiis Ioannes Otho à
Gemmingen, cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Deca
nus, & Eystettensis Canonicus. Sed nullis siue Capitu
li, siue aliorum etiam principum virorum precibus
& auctoritate adduci potuit, ut in Electionem cōsen
tiret, qui tamen paulò post, nempe anno salutis M.D.
X C I. die XXI. Martij cathedram Augustanam mo
derandam suscepit, cum morte sua eam rectore de
stituisset Marquardus à Berg Episcopus. Cum igitur
Collegium Canonicorum de obtinendo consensu ab
Othono desperauisset, de alio Präfule subrogando
circumspexit, electusque est Casparus ex nobili fami
lia à Seckendorff. X III. Augusti anno salutis M. D.
X C. qui, ut paulò post audiemus, Episcopatum inui
tus, nec sine lacrymis, suscepit, ratus, nec forsitan vane,
onus istud suis humeris impar esse; quod postea cuen
tus quoque comprobavit; dato ei à Collegio Canoni
corum coadiutore, X VIII. Novembri, anno gratiæ
M.D.XCIII. qui fuit Ioannes Conradus à Gemmin
gen Canonicus Ecclesiarum Eystettensis & Augusta
næ; & huius etiam Decanus. Robertus Turnerus, vir
&

& humanis & diuinis literis excellenter excultus, in-
prafatione ad Casparum à Seckendorff, praefixa ora-
tioni funebri in obitum Martini Principis, lauda
Casparum à cultu D. Virginis. Primum, inquit, verum q̄
semen boni Principis & Episcopi in vobis fuit D. Virginem a-
massę, coluisse, & intra annum, mille supra aureos in eius cul-
tum posuisse, sic ut ausim Illustriſſimum appellare D. Virginis
filium, &c. Deinde lacrymæ illæ, quibus post Episcopatum ob-
latum, aliquot dies non ponebant modum, mihi videntur &
filia boni animi, & ingentis ſpe, tanquam messis, pia matres:
nam quemadmodum Episcopatum, tanquam consulatu pren-
ſare, infinitæ ſemper fuit ambitionis, & mali plerunque exi-
tus: sic in Episcopatus curam subire, publicæ non priuatæ rei
ergo, est animi grauidi charitate, quæ parit exemplum, fa-
mam, Zelum, tandem cælum, niſi fortè à Dei contemptu &
neglectu pessimis obſetricibus excepta, exeat in abortū, Ec-
clesia heu infaustum ſemper abortum. Obiit Casparus ſu-
prenum diem XXVIII. Aprilis anno Redempto-
ris M. D. XC V. eo ipso die, quo Eystettensis popu-
lus participem ſe faciebat Iubilæi ſeu plenariæ Indul-
gentiæ quam Casparus à ſummo Pontifice impetra-
uerat.

LVIII. Ioannes Conradus.

Ex vetera familia Nobilium à Gemmingen, ſuc-
cessit Casparo, cui iam antea Coadiutor datus fuerat.
Laudes huius Principis continetur in eius Epitaphio
velut in quadam Epitome, & eſt talē.

Ioannes Conradus à Gemmingen, Epi-
ſcopus Aichſtadianus, ſumma religionis, iu-
ſtitiae, prudentiae gloria, ſacro instrumento, in-

ZZ quo



quo hierotheca gemmis insignis eminet, splen-
didè aucto & exornato, grandi ere alieno per
superiorum temporum difficultates contra-
cto, dissoluto, ditione prolata, Arcis Willibal-
dina adficio magna impensa inchoato, auro
longa parsimonia collecto, in ararium illato,
optimè de Ecclesia & tota diœcesi meritus,
vixit annis L I sedit XIX obiit anno Chri-
sti MCDCXII. VII Idus Nouembris.
Ioannes Christophorus à Westerstetten Epi-
scopus Aichstadianus Decessoris memoria
grato animo P.

Erat Ioannes Conradus non tantum in grauioribus, sed etiam in' politioribus disciplinis apprimè
versatus: neque latinæ tantum, sed & Italicae & Galli-
cæ linguae peritus. Optimus Oeconomus, vt in Epita-
phio rectè prædicatur: qui exemplo suo docuit quan-
tū vestigal sit parsimonia, & attentio ad rem, tametsi
parsimonia hæc non erat cymini seætrix, nam quan-
do & ubi opus erat, liberalitatis suæ fontes largiter
aperiebat, & quotidianus victus procul ab omnite-
nacitatis sorde aberat. Quis autem nescit, inter cæte-
ras dotes, quas Apostolus Paulus i. Tim. 3. in Episco-
po desiderat, esse itidem Oeconomiam, seu rectam
familiaæ, & rerum, quæ ad familiam spectant, admini-
strationem? hanc enim indicauit, cum postulat Epi-
scopū, qui suæ domui bene præpositus sit, & hoc ideo, quia
qui domui sue præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligen-
tiam

tiam habebit? Ordinariè enim, qui rem familiarem negligunt, omnesque prouentus inaniter effundunt & dilapidant, res quoque Ecclesiasticas in postremis ducunt. A quo vitio longissimè sciunctum fuisse Ioannem Conradum, testantur tot aurea & argentea vasa, tot pretiosissima & splendidissima vestimenta, aliaque utensilia, quibus Ecclesiam, præsertim Sacellum Aulicum, exornauit.

Deinde his maximè temporibus necesse est, ut Episcopi ad Oeconomiam diligenter attendant; cùm enim nō tantū habeant oves, vt pastores; sed etiam temporali iurisdictione adstrictos subditos, vt sacri Romani Imperij Principes; omnino curare debent, vt possint, si que violentia ingruat, eam vel soli, vel ab aliis amicè adiuti, propulsare, &, quod vulgo teritur, vim vi repellere. Quem ad finem quid pecunia in promptu conferat, notius est, quàm vt longa oratione egeat. Circumfremunt vndique lupi hæretici, insidiantur non tantum animabus, sed & Episcoporum ditionibus; quarum licet complures iam in Germania deuorauerint, necdum tamen satiati sunt; habent enim naturam ignis, qui nunquam dicit: S V F F I C I T, vt Salomon in Proverbiis ait; oportet igitur, vt paratum sit subsidium, quo lupi fauibus siccis hiantes arceriqueant, si qua vire pagula perrumpere, & in Episcopales possessiones irrumpere tentet. Quod sapienter Ioannes Conradus animaduertit. Nero tamen belli confiendo ita operam dabat, vt nemini grauis esset, nec insuetis exactionibus subditos vexaret & exhaustaret, sed reditus annuos ea prudentia colligebat, impendebat, & expendebat, vt quid novendecim annorum spacio facturus fuisset, si amplior & opulentior.

Y y 2 Epi-

Episcopatus obtigisset, omnes intelligent. Nec plura de hoc illustrissimo Præsule, quia, ut initio dixi, omnia eius Encomia Epitaphio breuiter veluti compendio illigata sunt.

LIX. Ioannes Christophorus.

Joanni Conrado successit Ioannes Christophorus ex nobili & veteri stirpe à Westerstetten, IV. Decembris anno M.DC.XII. olim Ecclesiæ cathedralis Eystettensis Decanus; ex Decano Præpositus & Dominus Elvvacensis; quem principatum aliquot annos sapienter, iuste, & summa cum æquitatis laude administravit, ut rectè factorum præmiator munificus, ita malefactorum vindex & vltor seuerus, præser-tim beneficij; quam luem, latius præsertim per sexum semineum, manantem; ut cohiberet, nihil intentatum reliquit. Eiectus postea ad cathedram Willibaldinam, Elvvacensi præpositura sese abdicavit, & ad S. Willibaldi monasterium commigravit; in quo, tanquam in viuo exemplari intueri licet notas illas, quas in Episcopo desiderat S. Paulus, cùm ait; Episcopum debere esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percus-sorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sua domui bene præpositum. Episcopus ex ipso nomine, inquit Isidorus Pelusiota, quid ipsius muneris atq[ue] officij sit, perspectum habere debet. Eum enim inuisibilium & occultarum ferarum impetus, Ecclesia ignauias, Monachorum negligentias, ini-quorum hominum improbitates, viduarum calamitates, pu-pillorum egestates, altaris suspicione, Diaconorum morbos, iuuenum flagitia, senum mala consilia speculari oportet, atq[ue] omni ex parte oculum esse, omnia prospicientem, nec quidquam

Ibid. lib. I. epist.
149.

quam negligentem. Quorum si quid per incuriam pratermit-
tatur, non ipse solus plectitur, sed etiam cum eo uniuersa per-
sepe Ecclesia.

Societatem Iesu, quam semper amauit & fouit,
Eystadium introduxit, Collegium Willibaldinum
pro sede attribuit. Scholas aperire, vel potius veteres
iam fermè collapsas instaurare, & alia ministeria So-
cietati nostræ consueta obire iussit, iamq; fundamen-
ta magdifici Templi pro Societatis vobis iecit. Arcis
quoque Willibaldinæ structuram ab Illustrissimo an-
tecessore suo *Ioanne Conrado* cœptam, magno animo
& sumptu psequitur, cui nihil magis cordi est, quam
ut pietas & religio vigeant. Qua de cauſa nullis labo-
ribus impensisue parcit; & quia à Parochis salus ani-
marum præcipuè pendet, in id incumbit, ut pastorali
curæ inepti remoueantur; apti substituantur: qui per
Diœcesin quoq; suam Romanum Breuiarium; Mis-
sale, & alia ad ritus sacros spectantia promulgauit;
quod à nonnullis vicinis Præsulibus, iam antea præ-
stitum nouerat. Viuat optimus Pastor & Princeps,
quia Episcopus non sibi ipsi, sed subditis viuit, ut ait supra
nominatus Pelusiota. Nec plura addo; addent po-
steri, quibus maior res præclaras descri-
bendi copia quam mihi.



EPILOGVS AD DIOCESEOS EYSTETTENSIS INCOLAS, QVI
TAM SPIRITUALI, QVAM TEMPORALI
Iurisdictione Illustrissimi Præfulis
tenentur.

VN cad vos Diœceseos Eystettensis incolas,
qui in S. Willibaldi fide immobiles perstisti-
stis, mea se conuertit oratio. Summis laudibus
euchenda est vestra in tantis finitimorum ruinis con-
stantia, aliis enim ad Lutherum, aliis ad Zwinglium
& Caluinum, aliis ad alios Sectarios sturnatim aduo-
litantibus; vos in super omnibus habitis, fidem Deo &
Ecclesiæ Catholicæ in ipso salutifero baptismatis fon-
te obstrictam, sanctè & religiosè seruastis, nec opera-
rios iniuitatis, seclarum que fabros, & Satanæ admi-
nistros audiendos existimatis. Verè Satanæ mini-
stros appellauerim; nam quidquid hic per ministe-
rium Prædicantium seu Logodulorum sit, id totum fit im-
pulsu & magisterio Satanæ, qui, ut ait S Leo, quos aper-
3. Leo / rm. 5 de tis & cruentis persecutionibus impugnare non sinitur, sub
seuunt decimi mensi

falsa Christiani nominis professione corrumpere nititur, ha-
bens hereticos (Prædicantes) huic operi seruientes, quos à
Catholica fide deuios sibi que subiectos, militare in castris suis
sub diuersis erroribus fecit: & sicut decipiendis primis homi-
nibus ministerium sibi serpentis assumpsit, ita horum (Prædi-
cantum) linguas ad seducendos rectorum animos veneno
sue falsitatis armavit, quorum sermo serpit ut cancer: hu-
miler irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter oc-
cidunt: veniunt enim sicut Saluator prædictus sub vestitu o-
uium, intus autem sunt lupi rapaces, quia non possent veras

6

& simplices oues fallere, nisi Christi nomine regerent rabiem bestiam: in quibus omnibus operatur, qui cum sit vera illuminationis inimicus, in lucis se Angelum transfigurat. Huius arte (Lucherus) huius (Carlstadius) callet ingenio. Hoc duceatur (Zwinglius) hoc precipitatur rectore (Oecolam-padius) huius potestati famulatur (Calvinus) huius spiritui seruit (Beza) Tota denique bestiarum talium cohors, hoc pre-side ab Ecclesia unitate discessit; hoc magistro à veritate de-sciuit; qui non solum per carnis concupiscentias, & per corpo-reas insidiatur illecebras, sed inter ipsa quoque semina fidei spargens Zizania falsitatum, veritatis studet violare cultu-ram, ut quos non potuerit corrumpere malis actibus, impiis subuertat erroribus.

Fugite ergo, ut hactenus, ita & in posterum mundana argumenta doctrinae, & vipersa hereticorum vitate colloquia. Nihil vobis commune fit cum illis, qui Catholicae aduersantes fidei, solo sunt nomine Christiani: non enim templum spiritus Dei, nec membra sunt Christi, sed falsis opinionibus implica-ti, tot species habent Diaboli, quot simulacra mendacij.

Optime à vobis factum, noluisti imitatores esse no-ctua, quæ licet per noctem vigilet, per diem tamen pigra vel cœca est, quæ grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem solis horrescit. Istud animal hereticorum atque gentium figura est, qui tenebras amplectuntur Diaboli, lu-cem Saluatoris horrescant, & grandibus disputationum oculis cernunt vanam, non respiciunt sempiterna. Sunt enim acuti ad superstitione, bebetes ad diuinam, qui dum se putant subtili-bus euolare sermonibus, tanquam noctua veri luminis splen-dore turbantur, quibus nihil optatius & iucundius, quam vi & alios in noctuas & vespertilioes transformat: quia enim ipsi à veritate Euangeli recesserunt, & mendacia S. Leo serm. de Gitandi hereti-cis. Diaboli sunt secuti, alios quoque volunt socios sua perditionis effice-

efficere. Sed studiosè vitandi sunt, nec vlla cum illis habenda consuetudo: nam iusto iudicio ab Ecclesia unitate reiectis, nulla est tribuenda communio, quam nō nostris odis, sed suis sceleribus perdiderunt: propria enim pertinacia perit, & sua à Christo discedit insania, qui eam impietatē, per quam ante se multos scit periisse, sectatur, & religiosum sibi atque Catholicum putat id, quod sanctorum Patrum iudicio & in (Lutheri) perfidia, & in (Zwinglii) dementia, & in (Caluini) insania constat esse damnatum, ut adhuc quasi nouæ & neccum damnatae in perniciem animarum suarum consentiant prauitati.

Aspicite seriem Præsulum vestrorum à S. Willibaldo usque ad hodiernum Reuerendissimum & Illusterrimum Antistitem ac Principem Ioannem Christophorum. Nullus inter hos Lutheranus, nullus Zwingianus, nullus Caluinianus, omnes eius sidei professores, defensores & propagatores, quæ in hanc Diocesin à sanctissimis viris Bonifacio, Willibaldo & Wunibaldo illata est. Crudeliter sanè Deus vobiscum & cum maioribus vestris egisset, si à temporibus S. Willibaldi vos à recto religionis tramite aberrare permisisset; nec reduxisset, nisi post annum salutis millesimum quingentesimum, quando flagitosus Apostata, immemor Dei promissorumque suorum, Moniam incesto Hymenæo sibi copulauit.

Si atas S. Bonifacij & S. Willibalditale portentum in luminis oras extulisset, bone Deus, quo studio, qua cura impiis conatibus sancti viri non occurrisserint. Si enim tanta diligentia sese opposuerunt Ethelvolfso, Adelberto, Clementi, Samsoni, & aliis pestiferæ doctrinæ disseminatoribus, quid non fecissent iam, cùm singularis iste Ferus, omnia demoliri & de pasci natus, plau-

plaudente tota Orci cauea, in publicum, publico omnium malo, processit qui cum suis a seclis, in Confessionibus suis tam inconstans & variabilis fuit, ut Lutherani eas vix usque ad hoc ævum nostrum fingere & refingere desticerint, ut proinde in illos conueniat, ^{S. Bas epist. 82.}
 quod S. Basilus de Arianis scriptum reliquit: *Quoties* ^{& Epist. 73.}

fidem exponendo nonarunt? An Cyr adederunt aliam; Seleucie aliam: aliam Constantinopoli, & aliam in Lampaco, postea aliam dederunt in Nicæa Thracia, iam quoq; aliam in Cyzico. At fides apud vos non alia in Seleucia, alia Constantinopoli, in Zelis alia, in Lampaco alia, & alia Rome, sed una eademque ubique S. Bonifacius & S. Willibaldus euangelizarunt. State in fide, monet S. Basilus. *Ipsius Basil. epist. 72.*

orbem inspicite, & videte, quam modica sit ea portio, qua hoc morbo (hæreses) laborat, reliqua vero uniuersa Ecclesia, qua ab orbis finibus usque ad fines Euangeliū recepit sanam hanc & rectam doctrinam selectur. Concludo cum san- <sup>S. Leo serm. de
cto Leone Pontifice: Confidimus, quod protectio Deicor-</sup>

davestra, fidemq; custodiat: ut cui haec tenus fideliter obe-
dit, in eternum, perseverante Catholica fidei
obseruantia, placeatis.

Finis Libri Speculi
de Episcopis Eystet
LXXXI



AA

APPEN-

maua coram electis hæreticis
inter missus est ecclesiæ legiferan Tercia
felicissimi prie transversa est profunda ut distat a
duo. Autem dum denotat, quoniam per ea fui
in frigore suspirioribus habebam i-